М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ V.
Шкафъ 3. Полка 1.
№ 27.

Est
Sub
ann
à fol

1.

Ex Libro 5to ex Suecia
Sub Litteris RR. Nro 14
anno 1511 ad Annum 1515
à folio 95 ad folium 164.

Archivij Nro 75. fo E. Buraheuvde
Scripsit

Consensus pro parte Berlo. Copia 2d Vol. 26. a pag. Orig. 95. ad 164.

Anno loco[q] p[ro]xime supra Feria Secunda ipso d[ie] Festi Sanctarum perpetue et facultatis. Datus est 1512. ac
Consensus Nobili Procopio Berlo Struczynski super
Occupationem Bonorum Regaliu[m] videlicet ville
Turrya in Districtu Lydaczoviensi vitta de manibus Nobiliu[m] Jacz et Joan Tenetariorum. Ita tamen quod Summa pecuniarum non excedat Summas in Litteris originalibus contentas edit: Et Littere in forma Cancellarie solita eidem tradita.

Consensus pro parte Jabtonyczki.

Anno loco quibus supra datus est Consensus Nobili Joanni Jabtonyczki super occupationem Bonorum Regalium ville videlicet Maluow in terra Premisliensi sitt de manibus Nobiliu[m] Iwasko Macziczko et Blechno Zamoyczky. Ita tamen q[d] Summa pecuniarum in eadem villa inscripta non excedat Summas in litteris originalibus super ipsam villam juste et legitime concessis descriptas edit: Littera in forma solita Cancellarie tradite.

Cassata.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie edit: Significamus tenore presentium edit: Quia licet tempore paulo superiore Consensum Nostrum Regium ad examen tertiam partem Advocatie in Oppido Nostro Wielic-

ka

ka De manibus Venerabilis Petri Wapowski decani
Cracovien providis Proconsuli et Consulibus Civitis
Vilicien dederimus prout id specialibus Litteris Nris
abunde expressum est. Quia tamen impresenciar
accedens Mtem Nram ijdem Proconsul et Consules Vi-
licien exposuerint nobis se Advocatiam prædictam
non posse exemere nisi aliquoubi Summam pecu-
niarum mutuent et acquirant, supplicarunt prælat
ea Mtti Nræ humiliter ut certum censum annuum
in Censibus et tributis civitatis communibus alicui
persone seu personis Spiritualibus in Regno Nro pro
Summa Octingentarum Marcarum vendere et inscri-
bere in vim reemptionis alias Nawidercoff admitte-
re et conventire dignaremur supplicationibus igit
ipsorum Proconsulis et Consulum pro se et totius
comunitatis Vilicien nomine intercessionibusq; ar-
torum Consiliariorum Nostrorum pro parte ipsorum
oppidanorum ad nos factis benigniter acquiescentes
eisdem Proconsuli et Consulibus oppidi Viliczka
censum annuum in Censibus et tributis Civitatis
communibus salvis tamen Juribus nostris Re-
galibus, cuicunq; vel quibuscunq; persone vel perso-
nis Spirituali vel Spiritualibus Regni Nostri Titulo
reemptionis finda alias Nawidercoff pro Summa
Octingentarum Marcarum moneta et numeri Po:
lonicalium consuetarum quadraginta octo gros-
sorum marcam in quamlibet computando vender-

dum

dum, obligandum et inscribendum, de certa Nostra
Scientia et singulari benignitate Regia consencien-
dum et admittendum fecimus, consentimusq' et ad-
mittimus praesentibus Litteris Nostris, Conditione ta-
men hac quae etiam in litteris Consensus supere-
xemptione ejusdem advocatiae datis salva per omni-
a semper permanente cujus Conditionis is est te-
nor. Quod tametsi Macella carnuum cum omnibus
eorum attinentiis ad ipsam advocatiam a prima-
ria sui origine et fundaõne pertineant tamen ipsi
Opidani nobis in hoc morem gerere et gratiam pro
isto beneficio quod scilicet hanc eis advocatio par-
tem favere non negaverimus referre volentes ipsa
annua Macella carnuum possessa et deserta con-
structa et construenda cum toto eorum censu iure
dominio et propietate nihil penitus sibi reservan-
tes post sex annorum se se immediate sequen-
tium decursum a tempore quo ejusdem tertiae
partis advocatiae possessionem realem et actua-
lem assecuti fuerint, resignare libereq' et sine mo-
ra dimittere nobis in manus nostras vel procu-
ratoris nostri debebunt dimittentq' et resigna-
bunt perpetuo habere et possidere sed intra cur-
sum temporis sexenij omnes fructus omnes

census

census omnesq; proventus Proconsul et Consules
predicti pro necessitate et usu oppidi illius
Wieliczka in toto et in parte accipiant percipiant
et convertent Usq; ut diximus: ad sex annorum
decursum continuo et immediate sequentium
et resignationem eorundem macellorum juxta
ordinationem supra scriptam facient. Cui quidem
conditioni supranotatae per hunc consensum Nostrum
sicut premissum est factum nihil penitus derogare
volumus. Et ne ipsum opidum Wieliczka per
ejusmodi censum suorum venditionum aliqua ex
parte suum concipiat: quoniam in hoc casu ita
esse solet: detrimentum, volumus et ipse Procon-
sul et Consules ipsum censum taliter venditae
et inscriptum de manibus emptoris vel empto-
rum infra decursum octo annorum se se et imme-
diate sequentium redimere et eliberare debet
alias hunc Consensum nostrum nullius esse
roboris decernimus, per illum vel illos cui vel
quibus ejusmodi venditio facta fuerit Censum
predictum juxta inscriptionem fundam, tenen-
dum habendum percipiendum pacifice et quie-
te possidendum usq; ad octo annorum se con-
tinue sequentium decursum vel ad exem

ptionem per ipsos Proconsules et Consules predictos faciendam. Quemquidem Censum sicut premittitur inscribendum libertati et immunitati ecclesiastice per eum quem interest asscribi et incorporari admittimus eundem ab omnibus oneribus stanbus liberanq exemenq et absolvenq tenore presentium mediante harum quibus citt. Dato Cracovie Sabbatho proximo ante Dominicam Reminiscere citt: Anno Domini ut supra.

Relatio ejusdem cujq supra.

Confirmatio certi Privilegij pro parte D. Lucæ de Gorca Castellani Posnaniensis et Majoris Poloniæ Capitanei.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ. Nec n' Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie Lancicie, Cuiavie, Russie, Prussiq ac Culmenq et Elbingenq, et Pomeranie citt: Dominus et Hæres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris Harum Notitiam habituris. Quia cum D. Joannes Splawski Judex Calisiensq per Nos Delegatus esset

in.

in locum et Vicegerente Officij Capitaneatus
Majoris Polonie tempore Capitaneatus Magni-
fici Luce de Gurka Castellani Posnaniens et Ca-
pitanei Majoris Polonie Generalis facta sunt in
personam ejusdem Luce coram prædicto Jo-
anne Splawski quedam Bonor hereditariorū Re-
signationes quas idem ipse Lucas supplicavit, et
auctoritate Nostra Regia roborare et confirmare
dignaremur. Quorumquidem resignationum tenor
sequitur et est talis. In Nomine Domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam mortalis hominum
conditio parte rationis meliori Judicio res a ve
gestas posteritati suo apicibus perhennare con-
sueuit. Proinde Nos. Joannes de Splawie Judex ter-
ra Calisiens et Subdelegatus Vicegerens Officij Capita-
neatus Majoris Polonie tempore Capitaneatus Ma-
gnifici Luce de Gurka Castellani Posnaniens et Ca-
pitanei Majoris Polonie Generalis. Significamus
tenore praventium quibus expedit universis et
singulis presentibus et futuris. Quomodo oblatum
est Nobis: Mandatum et singulare Commissio
Serenissimi Principis et Domini Domini Sigis-
mundi Dei Gratia Regis Polonie Magni Ducis
Lithuanie, Russie Prussieq; etc Domini et Here-
dis

dis Domini Nostri Gromi. Qua Commissione Nos sua
Sacra Majestas delegat et instituit in Vicis ge-
rentem Officij Capitaneatus Majoris Polonie
tempore Capitaneatus Magnifici Lucae de Gurka
praesertim in Causis ipsum Lucam tangentibus pro-
ut hanc ipsam facultatem et auctoritatem No-
stra subdelegationis Vicesgerentiae Officij Capitane.
atus Majoris Polonie Mandatum et Comissio Ma-
jestatis Regiae praesentibus inserta lacius scire
volentibus et interesse aliquid ad causam seu
causas per nos tractatam vel tractandas haben.
tibus ostendit et declarat. Cujusquidem Commissi-
onis Nos in Vicesgerentem Officij Capitaneatus
Majoris Polonie Delegantis et instituentis tenor
sequitur et est talis. Sigismundus Dei Gratia
Rex Poloniae ectt. Generoso Joanni Splawski Terra
Calissien. Judici fideli dilecto gratiam Nostram
Generose Fidelis Noster dilecte. Accepimus Magnifici
Lucam de Gorka Castellanum Posnanien. et Ca-
pitaneum Majoris Poloniae Generalem complures
habere actiones et causas in Judicijs Capita-
neatus sui cum certis subditis Nostris et ei et
per eum intentatas in quibus ipse velut ve-

ipsum tangentibus nihil in Judicio suo attentare valeat. Quo obstante nec ipse Lucas de adversarijs suis nec adversarij ejus de eo facile justiciam consequuntur. Necessario igit cum nemo in propria causa judex competens esse presumitur difficultati prædicta prospicientes tuæ fidelitati cujus virtuti et legalitati confidimus administrandi Officij prædicti Capitaneatus Majoris Solestrandi in omnibus causis ipsum Luccam quocunscunque in jure et judicio Castreng concernentibus auctoritatem omnimodam dandam duximus damusq; præsentibus Comittentes et Mandantes ei quatenus quocunscunq; ipse Lucas Castellanus et Capitaneus bona sua quæcunq; cuicunq; Subditorum Nostrorum resignare voluerit et resignaverit aut sibi per quempiam resignanda fuerint seu cum aliquo Subditorum Nostrorum vel aliquis cum ipso Luca jure Castreng Capitaneatus ejusdem experiri vellet, tua fidelitas causas ejusmodi judicet Diiscernat et Definiat Citationes sub Nomine et Sigillo suis pro utraq; parte dando citando et

et conotando judicataq; sua debitæ executioni mandando suscipiendoque et approbando resignationes bonorum per eundem Lucam factas, aut ipsi

ipsi per quempiam fiendas ea integra auctoritate
quam ipse Lucas Capitaneus vigore officij sui ha-
beret si cum eadem causa revigrationes non contin-
gerent, volentes insuper ut officium Capitaneatg ejus-
dem in sui administratione modo debito conserve-
tur, et considerañ quod ipse Lucas Capitaneus mo-
dernus propter pluralitatem actionum, tam publi-
carum quam privatarum et longam abinviam
districtuum distantiam saltem citra dilationes
longiores rebus omnibus officium ipsum concer-
nentibus satisfacere nequeat damus et concedi-
mus sibi Lucæ Capitaneo prafato plenam et om-
nimodam potestatem ut ipse pluralitate actio-
num quandoq; sibi incumbente possit et valeat
tue fidelitati aut alteri cuipiam subdito Nostro
fideli et idoneo vices suas in causis Judicia-
rijs quantum ad officium ipsum administran-
dum pertinere videbitur committere, et cum loco
sui ad omnia que sui officij sunt surrogare
subdelegareq; demptis tamen resignationibus
et inscriptionibus bonorum quibuscunque
quas pro solo Capitaneo reservandas specia-
liter esse voluimus et reservamus approban-

tes

tes prout et approbamus omnia et singula
coram tua fidelitate tanquam ejus surrogato
aut alio simili per ipsum Capitaneum substitu-
to vel substituendo modo premisso acta et agen
da decernentes ea robur debita firmitatis habi-
tura non secus quam si coram solo Capitaneo
prefato agerentur duraturum tamen hoc ipsum
officium delegationis et substitutionis Vicegeren-
tie prefate Officij Capitaneatus Majoris Polonie
ipsi Joanni Splawski per Nostram Majestatem
commissum duntaxat et beneplacitum Majesta-
tis Nostre harum quibus Sigillum Nostrum est
impressum testimonio Litterarum. Datt in
Brzesciu Lithuanie feria quarta proxima post
festum divisionis Apostolorum. Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Undecimo Regni ve-
ro Nostri Quinto. Relatio Reverendi in Christo Pa-
tris Domini Mathie Episcopi Premisliensis et
Regni Polonie Cancellarij. Nobis igitur in Castro
Posnaniensi existentibus et administrationi Offi-
cij Capitaneatus Majoris Polonie Generalis in-
cumbentibus venientes ad Nostram aliorumque
ejusdem terre Nobilium presentiam Magnifi-

ca

ca Domina Catharina filia Magnifici Andreæ de
Schamothuli Palatini Posnaniensis bonæ memoriæ et
Consors Magnifici Lucæ de Gurka Castellani Posna-
niensis habens penes se Generosos et Venerabilem
Vincentium Swidwa de Schamotulia fratrem Pa-
truelem Mathiam Czarnkowski patruum Joan-
nem Judicem et Stanislaum Burgrabium Po-
znaniensem de Thomyczel fratres amitales Jo-
annem de Opalenicza Custodem Posnaniensem
fratrem ex linea materna non compulsa non
coacta neque alio devio errore seductâ sana
mente et corpore existens freta suorum salu-
bri consilio amicorum matura inter se Delibe-
ratione prahabita totam et integram mediet-
tem oppidi Thurobin Patrimonij sui et mediet-
tis villarum ad eandem mediietatem ab anti-
quo pertinentium videlicet Biskupie, Thuro-
bińscz, Mioszka Wola, Ciemiaczyn, Byata, Zabur,
Suburbi, Rokitowo, Dziatkowa Wola, Olischanka,
Imola, Koczuda, Goszdziszewo, Gasoyca Wola, et
mediietatem octo laneorum quæ jacent inter
Thurobin et Rokithowo in Regno Polonica
et in Chelmensi et Lublinensi districtibus
ejusdem Regni Consistencia. Quorumquidem

districtuum

districtuum et terrarum suarum renunciat et
se jurisdictioni Capitaneatus majoris polonice
subicit et incorporat, cum omni jure et toto dominio
nio ac proprietate et ceteris ac universis fructi-
bus censibus redditibus et obventionibus quibus-
cunq; dicant nominibus ad prefatam medie-
tatem Thurobin et medietatis villarum ad eandem
pertinenciarum et quomodolibet spectantium ni-
hil juris dominij et proprietatis pro se et suis
Successoribus legitimis ibidem penitus reservand
sed integre prout eadem bona sola tenuit ha-
buit et possedit ita late et longe ac circumferen-
cialiter prout dicta bona in suis juribus et li-
mitibus ab antiquo sunt distincta et limita-
ta amore conjugali ducta Magnifico Domino
Luce de Gurka Castellano Posnaniensi et ip-
sius successoribus dedit donavit adscripsit
et coram nobis rite et rationabiliter juxta ter-
restrem consuetudinem in perpetuum resi-
gnavit. In que bona exnunc prefata Domi-
na Catharina sibi Domino Luce marito suo
legitimo dat et admittit dedit et admisit intro-
missionem tenutam et possessionem realem
et actualem cum omni jure Nostro premisso

pacificam

pacificam quietam ac perpetuam per ipsum Ma-
gnificum Lucam de Gorka Castellanum Posnanien-
sem et ipsius Successores tenenda habenda utifru-
enda pacifice et quiete possidenda vendenda a-
lienanda commutanda et in usus vaos beneple-
citos quo sibi melius et utilius suisq' Successo-
ribus videbitur expedire convertenda
promittens ipsum et Successores ejus tueri et
interedere eliberare et indemnem reddere tam pro
se suaque propria persona juribus suis sine ju-
re suo sibi Catharina competenti quam eti am
per successores suos in jus ipsius Catharina quo-
modolibet succedenz ab omnibus damnis et impe-
dimentis quarumlibet personarum sexus et sta-
tus utriusque sine omni exceptione et allega-
tione proscriptionis tam majoris quam mi-
noris. Ita quod omne damnum ipsius et ejus
Successorum erit damnum prædicta Catharina
et ejus Successorum et pro ipso damno tenebit
eidem Luce et ejus Successoribus recompen-
sum et solutionem facere prædicta Cathari-
na cum suis Successoribus non repetendo
seu exquirendo vel optando aliquo corpora-
li

li juramento pradicti Lucæ et ejus Succesſo-
rum de valore et quantitate damni sed simpli-
ci assertioni ipsius et ejus Succesſorum plane
credendo. Citata vero ipsa Catharina vel Succesſo-
res ejus ad quodcunque jus sive Terrestre vel
Castrense Posnaniense vel ad Conventum gene-
ralem Regni ubicunq; celebratum prout ipsi Lucæ
et ejus legitimis Succesſoribus expedire melius
videbitur et placebit. Et tunc in primo termino
tanquam peremptorio stare respondere et huic ju-
ri satisfacere debebit et tenetur ac praesentibus se
suosq; Succesſores obligat non differendo termi-
num pradictum vera vel simplici infirmita-
tibus nec pro majori recipiendo nec evadendo ipsum
pro praemissis litteris Regalibus quibuscunque
vel quorumcunque in contrarium obtentis nec bel-
lica expeditione vel conventione generalibus aut
particularibus Regni nec colloquio generali
neque praescriptione majori vel minori neque
Districtu aut terra seu judicijs terrestribus quibus
omnibus renunciat et se jurisdictioni terrestri vel
Castrensi Posnaniensi in toto incorporat. Re-
nuncians etiam omnibus appellationibus in

Regno

Regno observari solitis, atq; omnibus remediis
juris vita, causa forma modo nec obtinere aliquos
defectus presentis inscriptionis nec ad presentem
inscriptionem citationis concitationis ad satisfa-
tionem. Quam quidem resignationem sicut premis-
sum est coram nobis factam ratam habentes ex
officio Capitaneatus Majoris Polonie cujus admi-
nistrationem Vices Capitaneatus vuppleno ge-
rimus gratam suscepimus, ipsamq; ratificavimus
et ratificamus. Decernentes eam robur firmitatis
perpetue obtinere per presentes harum quibus
sigillum nostrum est subappensum testimonio
literarum actum et datum in Castro Tovna-
viensi feria quarta post festum Sancte Lucie
Virginis proxima Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Undecimo Presentibus ibidq; Re-
verendo Magnifico Venerabili et Generosis
Joanne Dei gratia Episcopo Nicolao Gazdzina
de Lubranie Palatino Joanne de Gora Archi-
diacone et Officiale Alberto Poluzki Notario
Terrestri Poznaniensibus Andrea Jancau-
ski Petro Comaczewski et Vincentio Splaw-
ski testibus certa premissa. Nos vero cum
has ipsas resignationes coram predicto

Joanne

Joanne Splawski tum Administratore et
Vicesgerente a nobis Delegato officii prafati
Majoris Polonie Capitaneatus in persona
Dicti Lucie ac ejus Successorum per Magni-
ficam Catharinam de Sthamotuli Consortem
ipsius legitimam. Ita ut pramissum est rite
ac legitime factas et inscriptas esse cognovis-
semus per hujus Decreti Nostri literas appro-
bamus ratificamus et confirmamus Decer-
nentes illas et non aliter ac si coram Nostra
Majestate facta et inscripta essent perpetuo
firmitatis robur obtinere harum quibus Si-
gillum nostrum est appressum testimonio
litterarum. Actum Cracovie feria quinta
proxima ante Dominicam Reminiscere Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni vero Nostri Sexto presentibus ectt:
ut proxime supra in similibus Litteras testi
bus ectt: Datum per manus prafati
Magnifici Chrystophori de Schydtowicz
Castellani Sandomiriensis et Regni Polo-
nie Vice Cancellarij Siradiensisque So-
chaczeviensis Gostinensis Capitanei.

Relatio ejusdem M. Chrii de Schydtowicz:

Resignatio certorum bonorum in
sequenti inscriptione specialiter
nominatorum Magnificæ Cathari-
næ de Schamotuli Consorti vero
Magnifici Lucæ de Gorka Ca-
stellani Posnaniensis ectt facta.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ ectt:
Significamus tenore præsentium ectt Quia
Magnificus Lucas de Gorka Castellanus Posna-
niensis et Capitaneus Majoris Poloniæ Genera-
lis sanus mente et corpore existens non
conniventus aliquo dolo sed sponte et libe-
re usus suorum consilio amicorum et ma-
tura intra se deliberatione prahabita omnia
bona sua hæreditaria videlicet Mediæta-
tem oppidi Schamotuli et mediætates villa-
rum ad eandem mediætatem Schamotuli
ab antiquo pertinentium Galowo Tarkowie
Goździszewo Szczepankowa Paniszkowo
Szczuczyno Mandzikowo Nowawieś
Campa Napathamie Brzezno Chlewi-
ska

ska et meditatas molendinorum Grabowicz
Nec non totas et integras villas Zydowo Trzysz-
kowo Pizeslawie ozlie, Gluchowo Solacz Gom
gaczyno et domos muratas Posnania in a-
quativa Platea et Kozzulna iacentes nec non
oppidum Spralzow cum villis Gora Jazoszowo
Luboschyna Closchowicze Ofrza Cowno Jacholia
Burowiecz ac oppidum Gorka cum villis ad
eundem pertinentibus videlicet Niemachrzy-
no Sobialkowo Wostampuniewo Woskowo Ma-
logorka Szymanowo Szczakowo Szarlinowo Gra-
bowoy oppidis et villam Czarnowo cum villis
Nidam Rakowo, Grabowo Szczeszewo Dupciwo
majus et minus Brzoza Nieproszewo Szwa-
randz Cruszyno Szalaszewo Jaszewie. Nec non
etiam Summas omnium provinciarum in
et super bonis Regalibus juxta tenorem li-
terarum Regalium inscriptas et in eisdem
litteris contentas videlicet in Civitate Gnezna
cum meditate Thelowin in Costen exactione
Duorum grossorum alias poradlin et in Pala-
tinatu Poznaniensi ac etiam Summas in
oppidis Jaworow Polnedzinka cum villis ad
illa pertinentibus Thuszyn et meditate Piotr-
kow in Regno Poloniae ac terris et Districti-
bus

bus Diversis consistencia, cum omnibus uti-
litatibus fructibus usibus, proventibus nihil
panitus proprietatis utilitatis usus et fructus
pro se et suis Successoribus in eisdem bona
reservans amore conjugali Ductus Magni-
fica Domina Catharina de Schamotuli con-
sorti sua legitima duntaxat ad ejusdem Catha-
rina tempora vite extrema vel quousque a-
lium maritum duxerit dedit donavit assignavit
et coram nobis rite ac rationabiliter juxta
terrestrem consuetudinem resignavit. Condi-
tione. tali adjuncta quod si et inquantum
ipsum Lucam priusque ipsam Catharinam
Consortem suam legitimam de hac vita de-
cedere contigerit extunc dicta bona prefata
Catharina ad tempora vita sua tenere et
possidere debet, non obstantibus quibusvis
terrestribus prescriptionibus dilationibus
cautelis juris et consuetudinibus terrarum
seu districtuum ad tempora vita sua dura-
turis. Ea etiam conditione adjecta quod si prefa-
ta Catharina alium maritum duxerit ex-
tunc ipsa resignatio cessare debet. Dunta-
xat in Dote sua prius illi per eundem Lu-

cam

cam maritum ipsius reformata contenta
esse debet et dicta bona ad legitimos Suc-
cessores dicti Lucæ reverti et redire devolvi
in toto debent. Etiam non obstantibus quibus-
vis terrestribus prascriptionibus dilationi-
bus cautelis juris conditionibus et consue-
tudinibus terrarum seu districtum quibus
renunciavit et praventibus se renunciat. Ca-
su vero quo prafata bona Regalia contigerit
exemi in parte vel in toto ex tunc prafata Ca-
tharina pacunias pro ejsdem bonis acceptas
ad alia bona hæreditaria vel Regalia epone-
re debet quibus bonis modo pramisso uti et
suis debet in quæ bona prafatus Lucas sibi
Catharina dat et admittit protunc tan-
quam exnunc realem intromissionem et possef-
sionem per ipsam Catharinam tenendum ha.
bendum utifruendum cum omni jure et
dominio modo pramisso prout prefatus
Lucas tenuit habuit et possedit promittens
insuper præfatus Lucas et se suosque
Successores praventibus inscribens et obli.
gans prafatam Catharinam in prafatu
tenuta ipsius bonorum præfatorum tam
Regaliuum.

Regalium quam terrestrium tueri et interedere
a qualibet Persona sexus et status utriusque
sub domino terrestri nulla prescriptione ipsam
pro pramissa tuitione evadere. Insuper pra-
fatus Lucas si se aut sui successores citare
permiserint occasione non tuicionis ac liberatio-
nis et intercessionis extunc citatus ipse vel
sui Successores ad jus Regale vel Terrestre
seu Castrense Posnaniense reddens a suis
districtibus et Judicijs terrestribus seu ter-
ris et se in totum prafatis Juribus incorpo-
rando et Jurisdictioni subdendo in primo ter-
mino tanquam peremptorio stare respondere
et tuicioni satisfacere ipse Lucas et sui Succes-
sores tenebitur et tenebuntur. non differendo
terminum vera vel simplici infirmitatibus
nec evadenda ipsam pro pramissis omnibus
litteris Regalibus expedicione bellica colle-
quio generali vel particulari Legatione
intra et extra Regnum prescriptione nec
pro majori recipiene inundatione aquarum
vel alio quovis modo vel colore exquisito

non

obtinere sibi aliquos Defectus in contro-
versia presentis inscriptionis citacionis
concitacionis condemnationis et totius
progressus causa et executionis ejus Nec
alio quovis modo colore jure via forma cau-
sa et facto sub ammissione sue causa. Et
quotquidem subsidium in controversia sibi
assumpserit hoc sibi non debet prodesse sed
obesse et eum hac causam suam amittere de-
bet. Et nihilominus predicte Catharina omnia
Damna reformare non requisito ab ipsa Cor-
porali Juramento de damnis sed simplici ejus
assercioni et bona fidei credendo Debet et debent eam
indemnem reddere. Quamquidem resignationem
in reformationem nostro speciali ad hoc acceden-
te consensu in omnibus ejus punctis, clausulis
articulis et conditionibus totoque ejus tenore
De certa scientia et singulari benignitate no-
stra approbandam comendandam et confir-
mandam duximus. confirmamusq' commen-
Damus et approbamus presentibus litte-
ris nostris Decernens eam robur debite
firmitatis obtinere tenore presentium me-
diante harum quibus Sigillum nostrum est

appressum

appressum testimonio litterarum. Actum Cra-
covie feria quinta proxima post Dominicam
Invocavit Anno Domini Millesimo Quingente-
simo Duodecimo Regni vero Nostri Sexto pre-
sentibus ibidq ut supra testibus ectt: Datum
per manus prefati Magnifici Christophori
de Schydtowicz Castellani Sandomiriensis
et Regni Polonie Vice Cancellarij ectt:

Relatio ejusdq M. Chrophori de
Schydtowicz Castel: Sandq et R.P.V.

Advocatia in Bielsko ad vitam.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie Magnus
Dux Lithuanie ectt: Significamus ectt. Quod licet
nos superiori tempore Advocatiam in oppido
nostro Bielsko in terra plocensi consistentem
Nobili Petro Libor ejusdem advocatie Possesso-
ri ex certis causis ad id nos permoventibus
ad vitam ipsius inscripsimus. Tamen nunc
ad intercessionem certorum Consiliariorum
Nostrorum pro eodem Petro Nobis interpellan-
tium et propter commoditatem Nostram.
Nos sibi non modo ad vitam ipsius sed e-

tiam

tiam ad vitam filiorum suorum de recta
scientia et gratia Nostris ipsam advocatiam
in Bielsko inscribendam duximus et inscribi-
mus presentibus. Sicque nulli hominum
cujusvis status et conditionis existentium
contradicimus nec nostri Successores con-
sentient tam ipsummet Petrum quam filios
suos de eadem advocatia redimere imo
nec nos ipsi aut Successores Nostri redime-
mus tamdiu donec ipse Petrus Lebor et filij
sui vitam agent in humanis tenore pra-
sentium mediante harum quibus Sigillum
nostrum est appressum testimonio littera-
rum. Datum Cracovie feria quinta ante Do-
minicam Iudica Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Duodecimo Regni vero Nostri
Sexto

Relatio Magnifici Christophori utt:

Dos Domina Elisabeth Czurylo-
wna.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie utt.

Significamus tenore presentium utt. Quomodo

coram

coram Nostra Regia Majestate constitutus per-
sonaliter generosus Nicolaus Cela de Dalicyow
filius olim Magnifici Joannis de Dalicyow
Palatini Terrarum Russie. Sanus mente et cor-
pore existens non compulsus non coactus
neque aliquo errore dolove seductus sed de i-
psius ultronea sinceraque voluntate et cum con-
silio amicorum suorum publica habere atq;
per expressum recognovit et fassus est, Quia a-
more conjugali allectus quem erga generosam
Elisabeth filiam Generosi Michaelis Czurilo Vena-
torii et Burgrabii Cracoviensis consortem suam
gerit, eidem Elisabeth s: ut par est:/ sexingentos
Florenos pecunie communis ratione dotis
et alios sexingentos florenos ratione dotalicij
in utrumque hoc est dotem et dotalicium pecu-
nie communis totum in mediantibus per me-
diam sexagenam, alias per triginta grossos
moneta Polonicalis computand in et super tota
~~ta~~ medietate omnium bonorum suorum he-
reditariorum paternalium et maternalium
atque etiam si que sunt vel in futurum erunt
nostrorum Regalium in quibuscunque ter-

ris

ris et Districtibus Regni nostri existencium
praesentium et futurorum ex vera justa et legi-
tima divisione inter alios fratres ipsius Nicolai
ipsum concernentium et ad ipsius aequa sorte
quomodolibet pertinentium in et super tota me-
ditate omnium cujuscunque ejus natura et
conditionis obligationum et in pecunijs si quas
utrumque in bonis hereditarijs et bonis ut
supra diximus nostris Regalibus reposita
fuerint. et in super tota meditate omnium bo-
norum mobilium similiter praesentium et
futurorum ut sunt aurum argentum Mar-
garita lapides praeciosi vasa argentia vestes
pecunie clenodia, equirea alias greges aquos
greges pecorum et pecudium et generaliter in
et super tota medietate omnium et singulorum
bonorum mobilium et immobilium totiusque
suppellectilis domestice per ipsum Nicolaum
quomodolibet iam nunc habet et ex post habebit.
Sicque generalitas specialitatis et specialitas ge-
neralitatis non derogat inscripsit reformavit
demonstravit prout inscribit reformat et derogat
praesentibus litteris Nostris per ipsam Eliza-
beth

beth dictam meditatem bonorum omnium ta-
liter ut pramissum est sibi per dictum maritum
suum modo via jure forma et stylo quo ipse
melius et efficacius potuit et debuit s. ut ipse
coram recognovit: / reformatorum et inscripto-
rum cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus
proventibus, redditibus et obventionibus, et cum om-
ni jure dominio et proprietate. Nihil prorsus et
successoribus suis in ejusmodi bonis mobilibus et
immobilibus reservans, tenens, habendum uti-
fruendum juxta consuetudinem terrestrem et e-
tiam aliarum reformationum datum et dotali-
ciorum in Regno nostro diutius tentam, et ob-
servatam pacifice et quiete possidendam. E-
tiam si sint bona nostra Regalia super qua
jam ex nunc ad meliorem cautelam nostram
prebemus consensum et praventibus concedimus.
Quamquidem dotis et dotalicij reformationem
tanquam rite et rationabiliter coram nobis
factam per omnia de verbo ad verbum ra-
tam et gratam habentes admittendum rati-
ficandum approbandum et confirmandum

Dusing

duximus de certaque scientia specialique vo-
luntate Nostra admittimus et confirmamus
praventibus decernentes eum robur debita fir-
mitatis obtinere in quo alia dotum et dotalicio-
rum reformationes in Regno nostro consistunt
tenore praesentium mediante harum quibus Si-
gillum nostrum est appressum testimonio lite-
rarum. Datum Cracovie in conventione gene-
rali feria Sexta ante Dominicam Reminiscere
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duo
Decimo Regni vero Nostri Anno Sexto.

Relatio M. Christophori de-
Schydlowicz Castlo Sandomz Et. R. S. Vice Canz

Dapiferatus Cracovien: Martino Miszkowski.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie Magnus
Dux Lithuanie Russie Prussieque etc. Dominus
et hares. Significamus tenore praventium qui-
bus expedit universis. Quia habentes com-
mendatam virtutem Generosi Martini Misz-
kowski de Mizow Curialis Nostri fidelis dilecti
sibi Dapiferatum terre Cracoviensis vaccan-
tem per Generosi Petri de Vorvonowicze Dapiferi
resignaõne

resignationem in manibus Reverendissimi
in Christo Patris Domini Joannis Archiepis.
copis Gneznensis et Primatis nobis Sincere
Dilecti tanquam Commissarij per nos ad id
specialiter Dati factam de recta nostra scientia
et singulari benignitate Regia Dandum et con-
ferendum duximus Damusque et conferimus
presentibus literis Nostris per ipsum Martinum
Myszkowski Dapiferatum predictum tenendum
habendum gerendum et exerendum usque ad
tempora vite sue extrema vel ad majoris di-
gnitatis assecutionem. Quo circa tibi Magnifico
Andree De Coszczelcz Thesaurario Regni Nostri
Szepusiensi Oswiacimiensi Wityestiensi Juniwlad
Capitaneo Lupparumque ac promotori generali
Cracouiensi mandamus quatenus eidem Mar-
tino Dapifero de omnibus et singulis Juribus
prouentibus et pertinentijs de jure et con-
suetudine ad ipsum Dapiferatum pertinens
respondeas atque effectue responderi cures
facturi pro gratia nostra harum quibus
Sigillum nostrum est appressum testi-

monio

monio litterarum Datum Cracouie feria
quinta proxima ante Dominicam Poculi
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duo
Decimo Regni Nostri Sexto.

Relatio M. Christophori de Schy-
dlowicz Castellani Sandec et R.P.V. Cij.

Sylebaw et Bruzedaw villa Regia
in districtu Pautczeń alias Georgio
Mandt Consuli Gedanen ad vi-
tam concessa.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie Magnus
Dux Lithuanie Russie Prussieque etc. Dominus
et hares. Significamus tenore presentium quibus
expedit universis. Quia commendatam haben-
tes virtutem et fidem Famati Georgij Mandt
Burgrabij atque Proconsulis Godanensis Senatu-
rijque villarum nostrarum Syllebow et Bruzedow
in districtu Pautczeń existentium fidelis nostri
Dilecti Singulari illum propterea et liberos ejus
clementia prosequi volentes Sibi easdem villas
nostras Syllebow et Bruzedow ad sua filijque
sui natu minoris Georgij vite tempora extrema
tenendum et habendum prout et impreventiarum
earum est Possessor dandum et conferendum du-

ximus

ximus Damusque et concedimus praesentibus
litteris nostris per eundem Georgium Mandt
et natum suum minorem Georgium villas pra-
Dictas Syllebow et Bruscdow juxta litteras ori-
ginales super eas juste et legitime concessas
tenendum habendum utifruendum pacifice et
quiete possidendum salvis tamen Juribus Nostris
Regalibus ad ipsius Georgij et ad filij ejus Ju-
nioris si vicet supra diximus: / tempora vita ex:
trema. Et ad meliorem cautelam pollicamur
et praesentibus promittimus. Quod pradictum
Famosum Georgium Mandt et ejus Filium na-
tu minorem Georgium de prædictis villis Sylle-
bow et Bruscdow nulli subditorum nostrorum
cujuscunque status conditionis sexus et emi-
cuiuscunque fuerint exemere admittimus et con-
sentiemus. Nisi nos vel Successores Nostri
dum illa ipsa bona pro nobis et menva no-
stra voluerimus habere proprijs pecunijs
exemermus. Quod quidem arbitrio et volun-
tati nostra relinquimus praesentibus harū
quibus Sigillum nostrum est appressum te-
stimonio Litterarum. Datum Cracovie Sab-
bato

bato proximo ante Dominicam Oculi cett: An-
no Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni vero Nostri Sexto.

Relatio Mi Chrysstophory de Schy-
dlowicz Castelli Sandz et R.P.V Cancz:

Privilegium super mineras in Nowa-
gora.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Quoniam excelsa ac sapientissima
Regum et Principum ingenia sublimitatis et muni-
ficencie sue fructum tunc maximum capiant
cum virtutibus digna premia retribuunt hoc est
cum subditos suos de se quam optime meritos
precipue in quibus singularis virtus et pro-
bitas eluet honoribus conferunt et facultates co-
rum liberalitate sua augent atque amplificant
Proinde nos Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie cett.
Significamus tenore cett. Quia dum olim pluribus
ante annis Serenissimus Princeps et Dominus Wla-
dislaus Rex Polonie cett avus noster oppidum Nowa-
gora cum villis Miakinicza seu Miakinija. Czyr-
mna Cztraznicza Miskachowicze Lyszchomoze in
terra et districtu Cracoviensi sitis et sitas. Ma-
gnifico Joanni de Thanczyn tunc Castellano
Cracoviensi dedit atque donavit prout in litteris
Donationis dicti Serenissimi Wladislai Regis la-

cuis

cius continetur Mineras plumbi et aliorum Me-
tallorum in dictis bonis duntaxat exceperat atq;
pro Thesauro suo reservaverat, verum succeden-
tibus annis Dum prefatus Serenissimus
Rex Vladislaus avus noster plurima et egre-
gia Dicti Magnifici Joannis de Thanczin Castel-
lani Cracoviensis in se merita ac singularem
fidem bello pacequa experiretur prout nos etiã
ab ejus posteris hoc est hæredibus de Thanczin
experiremur, dictas mineras plumbi et omnium
aliorum metallorum atque earum decimas
quas exceperat rursus cum omnibus earum
attinenciis fructibus proventibus atque pro-
prietatibus. Nihil pro se vel successoribus suis pe-
nitus reservans predicto Magnifico Joanni De
Thanczin Castellano Cracoviensi et ejus legiti-
mis Successoribus perpetuo et in avum contule-
rat dederat atque donaverat. Cum aãtsi ut etiã
alĩ sepe contigit: / littera predicti Serenissimi Va-
dislai Regis avi nostri super eandem donatio-
nem minerarum atque earum decimarum
quodam casu fortuito perirent et nihilominus
Dicta minera et earum decima a Successoribus
Dicti Magnifici Joannis de Thanczin Castella-
ni Cracoviensis cum omni earum jure do-

minio

minis et proprietate et cum omnibus eorum fructibus redditibus usibus et proventibus pacifice et quiete usque ad hec tempora tenerentur et possiderentur prout et nunc tenentur atque possidentur. Tamen Generosus Andreas de Thanczin Castellanus Biecrene grate nobis dilectus suo ac successorum suorum securitati et quieti in futurum providens, Intercedendo pro ea serenissima Princeps et Domina Barbara Dei gratia Regina Polonie consorte Nostra Charissima sub ipsa imprescenciarum nostrarum celebritate quo tempore Conventum Generalem totius Regni Nostri etiam celebrabatur Nobis humiliter supplicavit et donationem supedictarum minerarum et earum decimarum a prædicto Serenissimo Vladislao Rege avo nostro factam approbaremus confirmaremusque et ratificaremus dictasque mineras et earum decimas atque litteras desuper sibi denuo daremus atque donaremus. Nos quia de perditione litterarum sufficienti testimonio edocti sumus Idque preventibus suscipimus et credimus. Ad intercessionem dicte Serenissime Principis et domine Barbare Regine polonie consortis nostre tum etiam propter singularia et eximia dicti Generosi Andree de Thanczin in nos merita fideliaque servitia, quibus

bus in Curia nostra assidue versatus de nobis plurimum meritus est, atque indies meretur, de recta nostra scientia et cum consensu et consilio omnium Consiliariorum nostrorum in dicto Conventu generali tunc nobiscum existencium. Primum omnium Donationem minerarum et earum decimarum a Serenissimo Principe Vladislao Rege Polonie avo nostro factam cujus littera perierunt approbamus confirmamus et praesentibus ratificamus atque suscipimus tali modo ut quitquid unquam ex dictis mineris et earum decimis a dicto Generoso Andrea de Thancrin Castellano Biczenvi sive ab ejusdem antecessoribus usque ad hac tempora perceptum sive receptum est id totum sibi et legitimis successoribus ejus tribuimus et ex toto eum et ejus legitimos successores praesentibus perpetuo quittamus atque liberum et liberos mittimus, promittentes neque dictum Generosum Andream de Thancrin neque Successores ejus legitimos de quibuscunque ex dictis mineris, et earum decimis perceptis sive pro litteris super donationem non admonere, neque per ali-

quem

quem modum vel inquietare. Tandem do-
nationi pradicte Sereniſsimi Vladislai Regis
Polonie avi nostri adherentes, atque ut supra
scriptum est ad interceſsionem dicte Sereniſsi-
me Principis et Domine Barbare Regine Polo-
nie consortis Nostre, iterum omnes et singulas
mineras omnium metallorum, quecunque in
dictis bonis videlicet oppido Nowagora et villis
Miakinicza seu Miakinja Cirmno Strzaswicza
Misliechowicze Luſsonicze atque in ejus et ea-
rum agris campis montibus locisque omnibus
Ad dictum oppidum et dictas villas perti-
nentibus inveniri poſsunt vel in futurum quali-
bet arte et ingenio humano poterint atque mine-
rum decimas quod vulgariter olbora dicitur.
Dicto Generoso Andreo de Thancin Castellano
Biecensi et ejus ſucceſsoribus decimus dona-
vimus damusque et donamus per praesen-
tes perpetue et in evum cum omnibus earum
fructibus usibus redditibus proventibus acti-
nencijs nunc existentibus et in futurum fun-
dis et cum omni earum jure dominio et pro-
prietate. Nihil juris dominij et proprietatis pro
nobis et ſucceſsoribus nostris penitus reservanz
pro nominato Joanne de Thancin et ejus legiti-
mis ſucceſsoribus perpetuo habendas tenen-

das

das possidendas regendas gubernandas vendendas commutandas alienandas obligandas et ad usus suos beneplacitos et successorum suorum legitimorum convertendas, prout sibi et ejus legitimis successoribus melius et utilius videbitur expedire volentes autem ut hac donatio nostra omni ex parte perfecta fieret dicto generoso Andrea de Thanzin et ejus legitimis Successoribus damus et concedimus in dictis bonis et mineribus plenam et omnimodam jurisdictionem montanicam atque omne jus montanicum, quale in alijs locis in quibus minera fodiuntur haberi volet et videlicet omnes et singuli cujuscunque status sexus conditionis et preeminencie fuerunt, qui modo in dictorum bonorum locis de mineris laborauerint edificauerint seu fodierint. Non ab alia quam a pranominato Generoso Andrea de Thanzin et ejus legitimis successoribus vel abeo vel eis cui vel quibus dictus Generosus Andreas et ejus legitimi Successores indicare delegauerint, omni appellatione et provocatione ad novet ad Successores nostros sive ad dignitarios et officiales nostros posthabita et adempta indicentur et vententiantur licebitq; pranominato Andrea de Thanczin et ejus legitimis Successoribus vel

ei

ei et eis quibus ipse vel ipsi delegaverit vel dele-
gaverint tales ut supradictum est, in dictis bonis
laborantes sine edificatione Judicare sententiare pu-
nire morte et capite mulctare condemnareque pe-
nas pecuniarias pro se et successoribus suis usur-
pare, et alia omnia facere, quae ceteri qui plenam et
perfectam Jurisdictionem et merum Imperium
in aliquibus bonis habent facere solent, propterea lice-
bit eidem andreae et ejus Successoribus legitimis cir-
ca fodinas praedictorum montium omnes officiales
montanos eligere et pro arbitrio necessitateque sua
instituere, eisdemque officiis et operibus montium
perficere videlicet vibarios Stigarios huthmanos
Magistros montium laboratores, et vignatores
conflatores, cum eorum officinis videlicet ponde-
rationibus plumborum conflaturis minerarum effec-
tionem molendinorum ad molendas mineras,
et cum aliis officinis juri montano necessariis
vel his annexis et ea quae ponderata fuerint vi-
gnare hujusmodi facultatem tanquam et juste pon-
derata et legitime conflatam cui signatura fi-
des est omnimoda habenda sic sicut in officinis
Nostris Civitatis Aquisgrani exercentur et signanter
fides adhibetur. In quorum omnium fidem et te-
stimonium sigillum nostrum praesentibus est sub-

appensum

appensum. Actum tempore impresátiarum Nostra-
rum. In conventu generali Cracovia feria secunda
proxima post Festum Sancti Valentini Anno Domi-
ni Millesimo Quingentesimo Duodecimo Regni
vero Nostri Sexto praesentibus Reverendissimis et Re-
verendo ut supra testibus cett. Datum per ma-
nus prafati Magnifici Christophori cett.

Littera Restium tercia Partis expe-
ditionis terrarum Cracovia.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonia cett.
Universis et singulis subditis nostris, ad bellicam
expeditionem de jure consuetudine et constitutio-
ne quomodolibet obligatis in terra Cracoviensi
et districtibus ejusdem videlicet consistentibus
praesentibus requirere Sincere et fidelibus No-
stris dilectis gratiam Regiam. Sincere et Fideles
Nostri dilecti. Noveritis multipliciem exploratio-
rum cum intimatione nos accepisse, ademum Ma-
gnifici Joannis Bogdani Voyevoda Moldavie
veridicam approbationem accessisse. Quod Tarta-
ri prima vere decursa Regnum nostrum domi-
niaque nostra eadem more suo credituri vastand
invasuri sunt et ut istud commodius et efficacius faciant ad hanc partem fluvij Nieper se con-
tulerunt Castra metatique sunt. Ne itaque Nos

imparatos

imparatos et vine defervionis instituto offendant
et adoriantur. Jam iam expedientes non parvas
stipendariariorum copias et in terris Russie col-
locandas volumus etiam ut conscripti vervicij
tertia pars sicuti omnium harum terrarum
optimatum consensu in hoc Conventu decretum
est, ab omnibus ad decursum unius quartalis anni
a conscriptione in Leopoli pro conductu Paschae
fienda expediatur ut exercitus servilium hoc
supplemento forcior et validior reddatur. Man-
damus itaque universis et singulis quatenus
tanta necessitate cognita, atque in mentem
accepta tertiam partem ejusdem conscriptae
expeditionis, quae iam pridem in omnibus ter-
ris et districtibus facta est, fideliter ac sine ullo
dolo delectas personas in bonis aequis mittatis
et expediatis, ita ut in Leopoli dominica Con-
ductus Paschae proxima constituantur, et ibi-
dem se a Magnifico Stanislao de Chodecz
Marschalco Regni nostri, et Capitano Leopo-
liensi sistere Nobis dilecto conscribi et ordi-
nari faciant, sub poenis absentiae a bello iam
dudum institutis. Nam ubi quispiam dictam
praemissam neglexerit et se conscribi non permi-
serit absentiae seu contumaciae censebitur, et de-
cernetur ac irremissibiliter punietur. Mandamus

praeterea

prætereà ut ejusmòdi homines expediti sub pœna
capitis tam ecclesiastici quam seculariibus ver-
sus locum deputatum tendentibus a faciendis
damnis abstineant, sed ita ad locum quiète ne-
minem offendendo eadant, ut misericordiam di-
vinam in panam sibi non vertant atque ne jus
in tales cogamur severitatem et promissum est
exercere, Sic facturi et quilibet vestrum faciat
pro gratia Nostra litteras autem presentes
restium alter alteri Nobili proximori prout mo-
ris est dirigat et ultimus easdem Capitano red-
dat. Sub pœna promissa. Datum Cracoviæ Feria
Quinta ante Dominicam Oculi proxima Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni vero Nostri anno Sexto

Ad mandatum Regiæ
Majestatis.

Consensus Nawidercoff Domino
Przedbor de Koniecpolia

Anno et loco quibus supra feria secunda proxi-
ma post Dominicam Oculi Sacra Majestas Re-
gia consensit Generoso Stanislao Przedbor de Ko-
niecpolia censum annuum quindecem Marcarum
alium persone speciali vece specialibus in bonis
suis

suis hareditarijs villis Mokrzer et Paresz pro
summa Quingentorum florenorum inscribenda
sub forma Cancellaria littera extradita.

Vadium Chodniczki.

Anno et loco quibus supra feria tertia proxima
post Dominicam Oculi interpositum est va=
dium mille marcarum monete et numeri Poloni-
calium ett: Inter Nobiles Stanislaum Chodnicki
ex una, et Stanislaum Brancicki parte ab altera
Quod si aliqua earum partium in toto vel in par-
te transgressa fuerit. Nos illud cum parte vadium
tenente ex ea irremissibiliter repetimus, cujus di-
midium parti tenenti decernimus futurum. Litte-
ra in forma Cancellarie tradita.

Consensus super advocatiam in Vie-liczka.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie ecll: Significa-
mus Quia licet tempore paulo superiore consensum
Nostrum Requium ad exemendam terciam partem Advo-
catie in oppido Nostro Wieliczka de manibus Vene-
bilis Patri Wapowski decani Cracoviensis provi dimus
suli et Consulibus Wiliciensibus dederimus, prout
id specialibus litteris nostris abundans expressum
est, Quia tamen impresenciarum accedentes Maje-

statem

statem nostram ijdem Proconsul et Consules Vi-
licenses exposuerunt nobis se Advocatiam pra-
dictam non posse exemere nisi aliqubi Summam
pecuniarum mutuentur et acquirant, supplicarunt
praterea Majestati nostre humiliter ut certum cen-
sum annuum in et supra molendino aquestri bra-
seorum civili, ejusque omnibus et singulis emolu-
mentis ac in et supra sex macellis salis atque
etiam in et super villa Marennikowicze ejusdem-
que agris et censibus omnibusque et singulis
proventibus civilibus ac super omnibus et singulis
proventibus civilibus oppidi predicti Wiliczka
alicui persone seu personis speciali vel speciali-
bus in Regno Nostro pro Summo octingenta-
rum Marcarum vendere obligare et inscribere
in vim reemptionis alias Nawidercoff admitte-
re et consentire dignaremur. Supplicationibus
igitur ipsorum proconsulis et Consulum pro se et
totius communitate Vilicziense nomine ad nos
facte ad certorumque Consiliariorum nostrorum
intercessionem acquiescentes, eisdem Proconsuli
et Consulibus oppidi Wiliczka censuam annuam
in toto vel in parte, et in et super molendino aque-
stri brasseorum civili ejusque omnibus et singu-

lis

lis emolimentis et proventibus, ac in et super
sex Maccellis Salis, atque etiam in et super villa
predicta Marezrikowicze ocll et ac in et super
omnibus proventibus civilibus Maccellis pistorum
ejusdem Oppidi Wiliczka. Salvis tamen juribus No-
stris Regalibus simul ac conditione hac qua in
litteris consensus super emptione ejusdem Advoca-
tiæ datis est conscripta. Cujusquidem conditionis te-
nor est talis. Quod tametsi maccella carnium cum
omnibus eorum attinencijs ad ipsam Advocatiam
a primeva sui origine et fundatione pertinent
tamen ipsi Oppidani Vilicienses nobis in hac mo-
rem gerere et gratiam pro isto beneficio quod
scilicet hanc eis Advocatiæ partem favore non ne-
gaverimus referre volentes, omnia Maccella carnium
possessa et deserta constructa et construenda cum
toto eorum ansu uire dominio et proprietate ni-
hil penitus sibi ibidem reservanz post sex annorum
se se immediate sequentium decursum a tempore
quo ejusdem tercie parcie Advocatiæ possessionem
realem et actualem consecuti fuerint resignare libe-
reque et sine mora dimittere nobis in manus no-
stras vel procuratoris nostri debebunt dimittentque
et resignabunt perpetuo habenda est possidenda
Sed intra censum temporis Sexenij omnes fructus,
omnes census, omnesque proventus, Proconsul et

Consules

Consules pro necessitate et usu oppidi illius
Wieliczka in toto et in parte, accipiant percipiant et convertant. Usquequo diximus: ad sex annorum decursum ac sic immediate et continue sequentium, et resignationem eorundem Maccellorum iuxta ordinationem suprascriptam faciendo salva permanente cuicunque vel quibuscunque persona seu personis speciali vel specialibus Regni nostri titulo reemptionis alias Nawiderioff finde pro Summa octingentarum marcarum monetae et numeri Polonicalium consuetarum quadraginta octo groszos marcam in quamlibet computandum vendendum obligandum et inscribendum de certa Nostra scientia et speciali gratia consentiendum et admittendum duximus. Consentimusque et admittimus praesentibus litteris Nostris per illum vel illos cui vel quibus duxerint vendendum et inscribendum hujusmodi censum tenendum habendum possidendum utifruendum et inusus suo beneplacitos convertendum pacifice et quiete. Quemquidem censum modo praedicto inscribendum et obligandum immunitati Ecclesiasticae atque libertati ejusdem ascribimus annectimus appropriamus

et

et inoiscerames. Ipsumque et ipsius emptorem
sive possessorem ab omni expeditione bellica genera.
li et particulari. Nec non tributo seculari Regni no-
stri ac qualibet contributione clero imposita libe-
ramus eximimus eximimus praesentium per teno.
rem, decernentes volentesque quod pro ejus repeti-
cione ad forum Judicij Specialis recursus habea-
tur usque ad ejus exemptionem per ipsos Proconsu-
les et Consules Vilicienses faciens harum qui-
bus Sigillum nostrum est appressum testimonio
litterarum. Datum Cracovia Sabbato proximo
ante Dominicam Reminiscere Anno Domini Mil-
lesimo Quingentesimo Duodecimo Regni Nostri
Anno Sexto.

Relatio M. Christophori de Schydlowicz
Castli Sandz Et S.R.P. Vice Cancelz Strazg ect:

Salvus Conductus Sebaldi Bek Ste-
rer.

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie ect:
Significamus ect. Qui a supplicationibus nomine
Famosi Sebaldi Bek Sterer Civis Gedanensis fide-
lis nostri per certos Conciliarios nostros ad nos
factis clementer acquiescentes sibi Salvum Con-
ductum nostrum Regium Christianicum ad omnes
terras ad omnes Civitates loca et possessiones Re-
gni nostri dominorumque nostrorum et singula-

riter

riter ad terras et civitates Prussie et Civitatem
Gedanensem in omnibus et singulis negotiis et
actionibus suis Veniens standi morans omnia et sin-
gula negotia sua licita et honesta que jura te-
nentur contractus venditionis emptionis commu-
tacionis. Inscriptiones judicialiter et extrajudicialiter
domi forisque agens tractans disponens dispositis-
que vel indispositis ubi quando et quotiens sibi
fuerit necessarium abeundi et universa reducendi
saltis rebus et personis suis infra hinc a die data
presentium ad nostrum felicem primum introitus
Prussie et ad Civitatem Gedanensem Nostram a-
dventum de recta scientia et singulari gratia Re-
giis Nostris dandum et concedendum duximus da-
masque et concedimus presentibus permittentes
in verbo Nostro Regio presentem salvum Con-
ductum nostrum in omnibus punctis clau-
sulis articulis et conditionibus totoque ejus tenore
firmiter et inviolabiliter observari. Ab omnibusque
subditis Nostris, cujuscunque status sexus et condi-
tionis fuerint teneri et observari Mandamus
presentibus litteris Nostris harum quibus ett.
Datum Cracovie feria sexta proxima ante
Dominicam Letare Anno ut supra

Relatio ejusdem cujus Supra.

Modus coronandi Reginam de mandato Magnifici Domini Domini Christophori de Schydłowiecz Castellani Sandomiriensis et Regni Poloniæ Vice Cancellarij huic libro est adscriptum.

Cum Regina est coronanda Episcopi Regni ad Civitatem ubi coronatio fieri debet convocantur Regina triduanum jejunium peragit per ebdomadam precedentem videlicet Quarta Sexta feria et Sabbato Dominica vero proxime sequenti coronatur qua ipsa Regina ad communionem se parat. Ecclesia vero ipsa Cathedralis sive Metropolitana ubi solennitas celebrabitur paratur et ornatur quo melius fieri poterit. Ad altare majus parantur ea que consueta sunt parari pontifice celebrante et credencia mixta cum rebus opportunis super altare ponitur corona et sceptrum. pomum Regale duo anuli Regi et Regine dandi, quos benedicet Archiepiscopus infra Kyrieleyson et oleum exorcismorum idest catheumenorum bombix adligandum, et extergendum brachium Regine, et inter scapulas post unctionem fascia adligandum bombicem in brachio. Paratur Paratur in Ecclesia in loco competenti thalamus

sive

sive suggestum pro Rege et Regina in quo
sit Regalis sedes ornata pannis sericis et aule-
is. Sed advertendum quod altitudo thalami non
sit major quam gradus supremus altaris, et ita
situendus est thalamus ut inde videri possint
altare et pontifex celebrans, parantur etiam ante
altare hinc inde sedilia pro numero Episcopo-
rum interessencium, die ante dominica qua Re-
gina benedicenda et coronanda est, omnes Epis-
copi conveniunt mane, in ecclesia in qua hoc
fieri debet, et Metropolitanus sive Pontifex ad
quem spectat parat se solenniter cum Mini-
stris missam celebraturus parametis tempori
convenientibus Episcopi vero induuntur super
pelicijs, amictibus, stolis, plumalibus albis et mitris
simplicibus Quibus omnibus Paratis Metropolita-
nus in faldistorio ante medium altaris sedet cum
mitra, et pontifices parati hinc et inde super se-
dilibus pro eis paratis qui in modum corona
sedentes sibi assistunt. Interim Regina pro con-
suetudine sua et dignitate Regali induta et or-
nata ducitur ad Ecclesiam Rege cum omnibus
baronibus et proceribus Regni hospitibus insignio-
ribus cum precedente indicto vestibus Regalibus et
habente in capita coronam erse illum precedente

utergue autem Rex et Regina ascendunt thala-
mum in ecclesia ad hoc dispositum et ornatum
ubi ad finem missæ stabunt. Et sic omnibus para-
tis missa incipitur more solito et continuatur
usque ad Etin terra inclusive, Quod dum canta-
tur surgit Rex et Regina et vadunt ad altare ma-
jus quibus advenientibus Archiepiscopus de-
scendit ad infimum gradum altaris, et facta mo-
dica mencione de sponsalibus per orationes factis
dat utrique anulum in pignus et monumen-
tum amoris indissolubilis, ac demum dicat oratio-
nes infrascriptas, benedicatque nubentes. Et su-
binde pronunciet cuilibet seorsum verba ma-
trimonium de presenti faciencia videlicet.
Ego Sigismundus Dei Gratia Rex Polonie
Magnus Dux Lithuanie Russie Prussieque.
etc: dominus et hæres accipio te Barba-
ram in Uxorem. Et deinde. Ego Barbara
accipio te Sigismundum Dei gratia Re-
gem Polonie Magnum Ducem Lithuanie
Russie Prussieque etc Dominum et Mari-
dem in maritum. Subiungat deinde Metropo-
litanus hec verba Quos Deus conjunxit
homo non separet. Quibus peractis redit
Rex et Regina ad thalamum unde descende-
runt

runt missa autem continuetur usque ad tractum
exclusive, imposita tamen collecta pro electa
Regina. Tum aliquis Baro a Rege mittitur ad
metropolitanum, qui his verbis nomine Regis
ad eum loquatur. Reverende Pater postu-
lat Regia Majestas ut Consortem Ejus
adeo illi conjunctam benedicereet Co-
rona Reginali coronare dignemini ad
laudem et gloriam Salvatoris Nostri
Domini Jesu Christi. Deinde Regina a
duobus pioribus prelatis paratis ducitur ad
metropolitanum ante altare sedentem et fac-
ta ei reverentia coram eo genuflectit, ejus ma-
num osculatur, tunc surgit Metropolitanus
et cum mitra procumbit supra faldistorium
parvum contectum tapeto prosternit et incho-
antur Lithania ac sub brevitate proficiuntur ut
in ordinatione subdiaconi, et cum dictum fuerit,
Ut obsequium nostrum rationabile fa=
cias. Te rogamus audi nos Metropolita-
nus surgens et accepto baculo Pastorali in si-
nistram manum super electam Reginam pro-
stratam dicit Ut hanc electam in Reginam
coronandam benedicere digneris te

rogamus

rogamus audi nos Secundo dicit. Ut
hanc electam in Reginam coronandam
benedicere † et consecrare digneris Produ-
cendo super eam signum, crucis ubi in textu vi-
gnatum est. Idem dicunt et faciunt Episcopi
parati genu flexi tamen permanentes. Quo di-
cto Metropolitanus redit ad accubitam cantoribus
resumentibus et perficientibus Letaniam illa pro-
strata manenta, et dicit supra eam orationem
sequentem intelligibili voce quam etiam et alia
sequencia astantes prelati submissa voce sive
intus locis suis stantes dicunt Oremus.
Omnipotens sempiterne Deus hanc fa-
mulam tuam celesti benedictione san-
ctifica et quam in adjutorium Regni
Reginam eligimus, tua ubique sapien-
tia doceat atque confortet, et ecclesia
tua fidelem famulam semper agno-
scat Per eundem Dominum nostrum Jesum
Christum filium tuum Qui tecum vivit et re-
gnat in unitate spiritus Sancti Deus. Deinde
mediocri voce cantando extensis manibus ante
pectus dicit. Per omnia sæcula sæculorum
℟ Amen. Dominus vobiscum ℟ Et cum
spiritu tuo. Sursum corda ℟ Habemus

ad

ad Dominum ℣ Gratias agamus Domi.
no Deo nostro ℟ Dignum et justum est.
Vere dignum et justum est aequum et sa.
lutare Nos tibi semper et ubique gratias
agere domine sancte pater omnipotens eter-
ne Deus bonorum cunctorum auctor et di-
stributor, benedictionumque omnium lar-
gus infusor tribue super hanc famulam
tuam Reginam benedictionis tuae copiam,
et quam humana electio sibi preesse gau-
det, tua superna electionis et benedictionis
infusio accumulet, concede ei domine au-
ctoritatem regiminis consilii magnitu.
dinem sapientiae prudentiae et intellectus
abundaticam religionis ac pietatis custo.
diam quatenus mereamur benedici et
augmentari in nomine ut Sara visitari
et fecundari ut Rebeca contra omnium
munire vitiorum monstra ut Judith in
regimine Regni digi ut hester ut quam
humana nititur benedicere celestis potius
vitium roris repleat infusio. Et quae ano-

bio

bis eligitur et benedicitur in Reginam a te
mereatur obtinere præmium æternitatis per-
petua et sicut ab hominibus sublimatur in no-
mine ita a te sublimatur fide, et operatione
Illo etiam sapientia tua cam rore perfunde
quem Beatus David in repromissione et vi-
vis ejus Salomon recepit in locupletatione.
Sis ei Domine contra cunctorum ictus ini-
micorum lorica in adversis galea in prospe.
ris sapientia in protectione clipeus sempi-
ternus sequatur pacem diligat charitatem
abstineat se ab omni impietate loquatur justi.
tiam custodiat veritatem sit cultrix justitiæ
et pietatis amatrix religionis. Vigeatque
præsenti benedictione in hoc ævo annis plu.
rimis in sempiterno sine fine æternis. Quod
sequitur dicit plane legendo Ita tamen quod a
circumstantibus audiatur Per Dominum no-
strum Jesum Christum filium tuum qui
tecum vivit et regnat in unitate Spiri-
tus Sancti Deus per omnia sæcula sæculo.
rum R/ Amen Qua præfatione expleta sedet
Metropolitanus et accepta mitra, porrungit po-

tiam

licem Dextra manus in modum crucis, cum o-
leo cathecumenorum illius brachium dextram
inter juncturam manus et juncturam cubiti
ac interscapulas dicens. Deus Pater aeterna
gloria sit tibi adjutor et omnipotens be-
nedicat tibi. praces tuas exaudiat vitam
tuam longitudine dierum adimpleat be-
nedictionem tuam jugiter confirmet, et
cum omni populo in aeternum conservet,
inimicos tuos confusioni indicat et super
te christi Sanctificatio ac hujus olei infusio
floreat. Ut qui tibi in terris tribuit benedictio-
nem ipse conferat in coelis, meritum Ange-
lorum ac benedicat te et custodiat in vitam
aeternam Jesus Christus dominus noster
qui vivit et regnat Deus in saecula saecu-
lorum R/ Amen. Quo facto mox Metropoli-
tanus abstergit bombice sive tela brachium
Reginae inunctum et locum interscapulas, et
tunc abluit manus panemque cum sale abster-
git, et interim crines Reginae solvuntur per ma-
tronas et plectuntur, Metropolitanus deinde
sedens imponit Reginae ante se flexae coronam

dicens

dicens. Accipe coronam gloriâ et scias te
esse consortem Regni populoque Dei pro-
spere consulas et quanto plus exaltaris tan-
to amplius humilitatem diligas atque cu-
stodias in Christo Jesu Domino nostro. Et
mox dat ei sceptrum dicens Accipe virgam
virtutis et aequitatis et esto pauperibus mi-
sericors et affabilis viduis pupillis et
orphanis diligentissimam curam exhi-
beas ut Deus omnipotens augeat tibi gra-
tiam suam qui vivit in saecula saeculorum
Quo facto surgit Regina et Episcopi parati qui
ipsam ad altare deduxerunt eam associant
usque ad suum thalamum ubi flectit in solio
suo suis ipsam commitantibus deinde dicitur
Tractus Evangelium Quo finito datur per
primum ex prelatis ad osculandum liber e-
vangelij Regi et Reginæ tum illis ante turrifica-
te Et deinde canitur Offertorium Quo dicto Re-
gina cum Rege a suis tum associati vadunt
ad offerendum Metropolitano in faldistorio ante
medium altare de auro quantum volunt dein-
de reverruntur unusquisque ad thalamum su-
um vel sola Regina offerat prout Regi placebit.
Et proceditur in Missa usque ad communionem

data

data pace Regi et Regina per primum ex Rela-
tis paratis cum instrumento ad hoc ordinato
patena tum non datur ad osculandum hic
sed per Metropolitanum finita missa datur ad
osculandum simul cum corporali, deinde
Regina a suis associata tantum descendit de
thalomo et venit ad altare ibique Episcopi
duo qui eam ad coronandum duxerant depo-
nat unus coronam de capite Regina alter
ab ea sceptrum accipiat teneantque tamdiu
donec Regina communicaverit et demum al-
ter coronam imponat capiti illius alter sce-
ptrum reddat. Tandem Regina in supremo gra-
du flecht et Metropolitanus percepta communi-
one de corpore et sanguine Dum se purificaverit
antequam tamen digitos abluat vertit se ad
Reginam capite detecto. Qui dicit sub missa in-
telligibili tamen voce etiam pronunciante in vul-
gari aliquo -- Confiteor Deo Omnipotenti Beate
Mariæ semper Virginis Beato Michaelo Archan-
gelo Beato Iounni Baptistæ Sanctis Apostolis
Petro et Paulo omnibus Sanctis et tibi Pater quia
peccavi nimis cogitatione verbo et opere mea
culpa mea culpa mea maxima culpa ideo

precor

praeor Beatam Mariam semper Virginem Bea-
tum Michaelem Archangelum Beatum Joannem
Baptistam Sanctos Apostolos Petrum et Paulum
omnes Sanctos et te pater orate pro me ad Domi-
num Deum Nostrum.
Qua dicta Metropolitanus dicit adhuc eodem modo
stans.- Misereatur tui omnipotens Deus et di-
missis peccatis tui perducat te ad vitam aeternam Amen
Indulgentiam absolutionem et remissionem pec-
catorum nostrorum tribuat tibi Omnipotens et
misericors Dominus R/ Amen
Et manu dextra signum crucis super Reginam
producit vertit se ad altare accipit hostiam consecra-
tam inter pollicem et indicem dextra manus et cum
sinistra patinam continuo supponit hostie et
conversus ad Reginam cum ipso Sacramento
format signum crucis ante faciem Regine, et eam
communicat dicens.
Corpus Domini Jesu Christi custodiat te
et perducat in vitam aeternam.
Regina antequam sumit sacramentum oscu-
latur manum dextram Metropolitani et sumpta
communione ex calice de manu Metropolitani se
purificat, et purificata ad thalamum suum revertitur
cum suis, Metropolitanus vero patenam
cum pollice dextra manus extergit diligenter su-
per.

per Calicem, super digitos ablutionem sumit, et
accepta mitra lavat manus et perficit mitram
quae missa dicitur de die cum commemoratione
pro Regina electa sub una conclusione deinde
dat benedictionem solennem incipiendo
Sit nomen Domini benedictum Et tandem
Metropolitanus descendit ab altari et accedit
thalamum cum Reverenz Regis et Reginae et
dat utique ad osculandum corporale et pate-
nam, deinde revertitur ad altare et incipit alta
voca Te deum laudamus Quem chorus prose-
quitur usque ad finem, deinde Pontifex stans
in cornu altaris conversus ad altare dicit
Esto ei Domine turris fortitudinis R/
a facie inimici. H/ Domine exaudi o-
rationem meam R/ Et clamor me-
us ad te veniat H/ Dominus vobiscum
R/ Et cum spiritu tuo Oremus
Actiones nostras quaesumus Domine
aspirando preveni et adjuvando prosegue-
re ut cuncta nostra operatio a te sem-
per incipiat et per te cepta finiatur, per
Christum Dominum nostrum Amen.

Consecrig

Consensus Nicolao Czykowski in-
scribendj certam summam pecunia-
rum in villa Chodnicze ectt.

Sigismundus ectt Significamus ectt Quod inter-
cessionem certorum Consiliariorum nostro-
rum nobis pro parte Generosi Nicolai Czykow-
ski de Woystawicze gladiferi et Burgrabij Crac
et advocati Bochnens, facta benignitate acquiescens
habenque rationem serviciorum suorum. Sibi Sum-
mam pecuniarum sexingentarum videlicet
marcas monete et numeri polonicalis Quadra-
ginta octo grossorum marcam in quamlibet
computando. In et super villa Chodnicze et me-
dia mensura molendinorum Bochnens ad ipsam
Advocatiam Bochnens spectans Nobilibus Petro Si-
gismundo et Nicolao villanom Chodnickim
inscribendj de certa nostra sciencia et benigni-
tate singulari regia admittendum et conveniendum
Duximus, admittimusque et conventimus
tenore presentium mediante. Qui quidem Re-
tres Sigismundus et Nicolaus fratres eosdem
sexingentas marcas monete et numeri su-
prascripti. Nobili Elisabeth olim Stanislai Cho-
dnicki advocati Bochnens relicte dare et in-

scribere

scribere ad vita sua tempora extrema teneri in
villa et media mensura molendinorum suprascrip-
torum modo desuper habere possent convenum
quem damus presentibus cupiunt, Per ipsos Petrum
Sigismundum et Nicolaum acitem successive per
eorum Elisabeth predictam villam et mediam
mensuram molendinorum predictorum in Summa
Sexingentarum Marcarum iuxta vim et tenorem Litte-
rarum Privilegiorum super ipsam Advocatiam Boch-
neri juste et legitime concessarum alias secundum vim
et naturam et conditiones inscriptiones per Nicolaum
Czykowski Ipsis Petro Sigismundo et Nicolao et tand
per ipsos Elisabeth cum eorum in et ad Acta Curie
Nostre faciend teneri habere pacifice et quiete possiden-
dum tenore presentium mediante Juribus litteris No-
stris Regalibus per omnia semper salvis, harum ect
Datum Cracovie feria tertia proxima ante Domi-
nicam oculi Millesimo Quingentesimo Duodeci-
mo

Christophorus de Schydłowiecz
Castellanus Sandomiriensis et Se-
gni Poloniæ Vice Cancellarius mpp

Domino Nicolao Czykowski et Con-
jugi sua Advocatia Bochneri ad vitam

Sigismundus

Sigismundus etc. Significamus etc Quia consi-
deratis fidelibus servicijs Generosi Nicolai Czykowski
de Voystawicze gladiferi tum et Burgrabij Castri No-
stri Cracoviensis advocatique Bochnensis volentes e-
um consolatum efficere et ad futura servitia nostra red
dere promptiorem sibi et suae Consorti legitimae No-
bili Annae de Voystawicze in advocatia Civitatis
Nostra Bochnensis quam prafatus Nicolaus Czykow-
ski de nostro speciali consensu exemit hanc
prarogativam gratiae specialis de nostra benignitate
regia Promittentes prout praesentibus polli-
cemur et compromittimus ac Nos et Successores no
stros obligamus Quod eundem Nicolaum Czykowski
et Annam Conjuges prafatos de possessione Advo-
catiae ejusdem Bochnensis nec solenniter per se, nec
quemvis alterum exemere debemus ac alijs personis
quibusvis. Cujuscunque status sexus et conditionis
existentibus exemere non admittimus ad tempora
ipsorum vita extrema Statuta de mutili vulteto
edita aliaque constitutiones de Advocatijs at-
que consuetudines de exemere advocat eisdem
conjugibus similiter ad extrema vita eorum
tempora in nullo nocere derogare et prejudica-
re tempore felicis Regiminis Nostri et nostrorum

legitimorum

legitimorum Successorum non debent, neque huic
prarogativa conjugibus ipsis facta aliquid detrahent,
postea vero quam ipsos Conjuges ab hac vita decade-
re contigerit, et posteros legitimosque Successores di-
ctorum conjugum de ipsa advocatia exemere velle-
mus, vel successores nostri vellent. Extunc summas pa-
cuniarum totas in privilegio advocatiali Litterisque
nostris et Commissariorum nostrorum juste et le-
gitime descriptas et expressas plenarie ejsdem Su-
cessoribus pradictorum Conjugum dissolvemus et
Successores nostri dissolvent, solutione autem fa-
cta possessio advocatiæ pradictæ Boctmensis ad
nos et Successores nostros devolvetur jure pleno
harum ectl Datum Cracoviæ feria quinta pro
xima ante Dominicam Letare Millesimo
Quingentesimo duodecimo.

Absolutio a Bellica Expeditione
Tanczynskich ad Triennium ea
tamen conditione quod Domina Pala
tina Russiæ pro eis expedicat.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ ectc.

Significamus

Significamus tenore presentium quibus expedit
universis. Quia non modo ad intercessionem Consi-
liariorum nostrorum pro Generosis Stanislao et Jo-
anne filiis Magnifici olim Nicolai de Thanczin
Palatini Russie (qui nunc extra patriam agunt Re-
gnum) ad nos factam sed etiam volentes ut mores et
linguam aliarum nationum perdiscant quo tandem
nostris et Reipublice servicijs valeant esse aptiores per-
sonas eorum de certa scientia et singulari gratia no-
stris ab omnibus et singulis expeditionibus bellicis tam
generalibus quam particularibus contra quoscunque
hostes Regni instituendis et instituendis liberandum et
absolvendum sub conditione infrascripta duximus
liberamusque et absolvimus presentibus, Ita tamen
quod interea temporis mater eorum videlicet Magni-
fica Alexandra Palatina Russie pro ejsdem filijs
suis Stanislao et Joanne absentibus sufficientem
debeat facere ejusdem bellicam expeditionem de bo-
nis ipsorum hinc usque ad triennium harum quibus
Sigillum nostrum est subpressum testimonio litterarum.
Datum Cracovie feria quarta proxima ante Dominicam
Oculi in quadragesima Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Duodecimo Regni vero nostri An-
no sexto.

Relatio M. Christophori de Schyrzin
Castelz Sund et R. V. Vice Cancellarij etc.

Confirmatio

Confirmatio granicierum Villa Magna
Relsko in terra Ravensi

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei
memoriam Nos Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc
Significamus etc Quia postequam essent multe diu
et dissensiones propter incertos limites inter villam
nostram Regiam Regnow tunc tenuta Nobilium
Joannis et Nicolai de Vosniki ex una, et villam here-
ditariam Magna Relsko Nobilium Stibori Joannis
Petri Joannis et alterius Joannis Janisko wscy
Pauli Petri Szmyszyny Joannis Zbrozek Stanislai
Stibori alteri Szmyszyny parte ex altera supplica-
tum fuit nobis nomine dictorum nobilium ut ad tollen-
das eosdem discordias et omnium earum occasionum
designare dignaremur Commissarios nostros ad limitan-
das et faciendas granicies inter predictas villas
et sine debito terminandum. Quod nos ita ut fuit no-
bis supplicatum benigniter annuentes concessi-
mus et eosdem Commissarios ita et infra patebit
designavimus qui ad loca de quibus erat contro-
versia personaliter descendere omnibus meliori-
bus modo via jure et forma ipsos limites inter
prefatas villas fecerunt et terminaverunt per
signa et Scoplos in ejusmodi re fieri consue

tos super qua limitatione litteras suas patentes subsi-
gillis appensis dederunt. Nunc igitur constituti ad con-
spectum Majestatis nostre Nobilis suprascripti; suppli-
carunt nobis humiliter litteras ejusmodi Decreti Com-
missarij de quibus supra fit mentio per nos com=
mendari approbari confirmari et ratificari. Quarum
sequitur tenor. In nomine Domini Amen. Ad
perpetuam rei memoriam Prandotha de Zelazna
Palatinus Petrus de Niemigloney Castellanus Ermo-
lans de Szatkowicze Succamerarius Petrus de Glowi-
ce vexillifer et Albertus de Szwidno Judex Terre La-
vensis Commissarij Judices per Serenissimum Prin-
cipem Dominum et Dominum Sigis mundum Dei
gratia Regem Polonie etc Dominum nostrum
gratiosissimum in cam et inter poartes inscriptas
Dati et Deputati. Significamus tenore presentium ad
horum noticiam temporibus coeternis habituris.
Quod mandatum Sacre Regie Majestatis qui-
dem obsecundantes granicieisque inter bona men-
sa Regalis Regnow dicta in terra Ravensi
et districtu ejusdem consistentia tenetur Gene-
rosorum Joannis et Nicolai Stheredis de Zorniki
Terrigenarum de Terra Lancicciensi ab una, et he-
reditaria magna Relsko Nobilium Joannis
Rzymski Stanislai Szymizycz et fratrum germa-

norum

norum ipsius et aliorum ipsorum participum hæredum
ville ejusdem Magna Relsko ab altera partibus habita in-
formatione ejusdem Regiæ Majestatis in conventu generali
Piotrkoviensi nobis data decernere erigere et sippare amfracta-
que litium et longarum controversiarum utrinque ortarum
occasiones adimeri et justiciæ finem in causa ipsam
ad loca bonorum ipsorum illa in quibus dre granicierum
occasione huicinde oriebantur pretio plebes ipsius in Con-
ventione eadem generali ad diem hodiernam prafixo
descendimus requisiti Commissionibus ipsius Regijs, qua-
rum tenores sequuntur tales. Sigismundus Dei gratia Rex
Poloniæ ecto Magnifico et Generosis Prandothe de Zelazna
Palatino Petro de Niemyglowy Castellano Hermolao de Szutko-
wicze Succamerario in abvencia ejus Camerario Petro de
Glowno vexillifero, et albertto de Szwidno Judici Ravensibus
sincere et fidelibus dilectis gratiam Regiam Magnifi
et Generosi Sincere et fideles dilecti. Intellexi mus inter
bona nostra Regalia villam videlicet Regnow, tenutæ Nobi-
lium Joannis et Nicolai hæredum de Wozniki ex una
et villam hæreditariam magna Relsko nobilium
Stibory Joannis Petri Joannis et alterius Joannis Ju-
nuskowiczy Pauli Petri Szmyszory Joannis Zbozek
Stanislai Stybory Alberti Szmyszory parte ex alte-
ra occasione granicierum controversias et dissensio-
nes oriri et crescere quas sopire et adimere volentes
vobis de quorum jurisperitia et fidei integritate ple-
no confidimus committimus et mandamus omni-

no

no habere volentes, quatenus pro certo die et tempore
competenti ad loca granicierum predictorum bonorum
personaliter descendere, acquisitis ad vestri presentiam par-
tibus quorum interest, acceptoque verum et aliorum fide-
dignorum desuper sufficienti testimonio bona ipsa adin-
vicem separetis et distinguatis scopulisque et aliis si-
gnis metalibus certa illa fieri solita et consueta con-
signetis justitiamque debitam nulli partium faciatis sed De-
um pre oculis habeatis misteatis in quo vestras oneramus
conscientias faciatis insuper id quod decrevistis a par-
tibus firmiter observari tali Decreto vestro mediante. Et a-
liter non facturum pro gratia nostra. Datum Cracovie
Feria Sexta Festi Sancti Floriani Anno Domini eMillesi-
mo Quingentesimo Nono. Relatio Reverend in Christo
Patris Domini Mathie Episcopi Premisliensis et Regni
Polonie Vice Cancellarij. Sigismundus Dei gratia Rex
Polonie cum magnifico et Generoso Prandothe de Zelazna
palatino Petro de Niemyglowy Castellano Stermolao
de Szatkowicze Succamerario In absencia ejus Came-
rario Petro de glowno vexillifero et Alberto de Zwidno
judicii Ravensibus. Sincere et fidelibus dilectis gra-
tiam nostram Magnifici et Generosi sincere et fide-
les Dilecti exposuerunt nobis querelabiles Stibo-
rius Joannes Petrus Joannes et alter Petrus Joan-
nes Janiszkowiczy Paulus Petrus Szmyzyczy Joan-
nes Zbrozek Stanislaus Stiborius et Albertus Szmy-

zyczy

zyczy de Magna Relsko qualiter non mediocrem ja-
cturam et injuriam paciantur de bonis nostris Regnow
Jenuta nobiliuim Joannis et Nicolai de Vozniki pro-
pter non perfectionem limitum seu granicierum quas
nobis anno proximo superiore facere commiseramus.
Unde miramur Vobis cur inacpiens ejusdi limites inter
bona superscripta facere, tandem negone ad finem
non deducto suspendastis quo partes ijpsas non me-
diocriter gravastis. Cujus rei tantam dilationem
non aequo ferentes animo vobis iterum iterumque
mandamus districtes pracipientes quatenus vigore
commissionis illius nostro piris ad vos data pra-
ventivque mandati nostri habita mutua intelligen-
tia tandem in simul conveniatz vocativque utris-
que partibus suprascriptis ad loca granicierum
prefatarum bonorum descendatis. Ibique accepto
rerum et aliorum fide dignorum medio corpo-
rali juramento de super sufficiuz testimonio,
bona ipsa abinvicem solum deum pra oculis ha-
bendz justitiamque sanctam colendz et neutri
partium facienz separetis, scopulis et alijs si-
gnis metalibus consignz in quo vestras onera-
mus conscientias Rem ipsam ad perfectum
finem

finem ut incepistis ea̅m deducendę ne deinceps por-
tes ipsę defatigentur, nec ad nos ea res amplius de-
feratur aliter facere non curesti pro gratia nostra
Datum Cracòviæ in Conventione generali Rob-
covinsi feria Quarta post festum Sancti Mathiæ A-
postoli Anno Domini Millesimo Quingentesimo De-
cimo Regni vero Nostri anno Quarto Relatio Reve-
rendi Patris Domini Joannis Coadjutoris Gneznensis
et Regni Poloniæ Cancellarij. Quarumquidem Com.
missionum Regiarum prainsertarum vigore effectu
justitiæ finalem in causa ipsa in dei nomine facę vo-
lenę in Supalo anali bona ipsa Regnow ab una se-
galia et peradij magd hereditaria Nobilium deibi-
dem ab altera partibus dividenę et limitanę ubi
progressus primus et directus granicierum inter
bona ipsa Regnow Regalia et dicta Magna Relsko
hereditaria habetur legitime et ab utraque parte
tractus et receptus est sedebanuis Judicialiter u-
bi etiam juramenta corporalia in forma debita
et senibus et testibus hinc inde ad prestibendum
testimonium veritati in eam ipsam judicatis
in praesentia partis utriusque antehac accepi-
mus Dispositisque ipsorum testium auditis
et debite recensitis revisisque signis tam per sens
et teste

et testes ex parte Regnj per Jenutarios prædictos quâ
etiam per eosdem de Magna Relsko haredes inductos
difformiter ostensis et scisitatis ab ipsis testibus et se-
nibus quærerant scisitanda discordias ipsorum testium
et senium et depositiones testimoniales difformes, quan-
tum res subjecta oculis dignosci potuit, et possibilitas vonis
dictabat, et justitiam habenz pra oculis nostri partium
faciens, et consciencijs nostris oneratis concordavimus
eisdemque secundum statuti olim Serenissimi Regis
Domini Joannis Alberti et informationis moderna sa-
cra Regiæ Majestatis nobis data, continentiam uniformi-
ter concordatz granicies inter bona prafata Regnow ab una,
et prafata Magna Relsko ab altera, partibus erigenz et sip-
pari arte Commissarici decreto judiciali Commissario
mediante Magnifici Domini Andreæ de Radziejovice
Castellani Sochaczoviensis et Capitanei Ravensis
tenutariorumque villæ ejusdem Regnow pariter
Regiæ Majestatis aspicientium, contradictione protesta-
tione et temerario recessu non obstante. Nec er-
tiam eo attento quod dicti Nobiles allegabantur
eis multum ademptum esse, et ipsorum senibus
et testibus Nobilibus id allegatibus medio juramen-
to corporali per ipsos prius prastito ut pramis-
sum est decrevimus et praventibus decreti-

mus

mus scopulisque ett par erat eadem consignavimus
et abinvicem dislimitationes duos enim primos acialos
scopulos panes prafatum acialem scopulum anti-
quum unum, ad partem regalium bonorum, et alium ad
partem bonorum ipsorum Nobilium, tandem ab his du-
obus scopulis acialibus cadunt alij scopuli graniciales
erecti et sippati progressicii in numero octuoginta, a-
cialibus ex utraque parte inclusis usque ad paritem
ville minoris Kelsko bona eadem cum prafata Ma-
gna Kelsko divident, ubi iterum de aquis descen-
dentes sedebamus Judicialiter procuratoreque ipsorum
Nobilium de Magna Kelsko instigante, decreoimus et
mandavimus per Nobilem Martinum Karas de Pze-
luski ministerialem pme fedo tertio et quarto ultra
forma juris, sippatione granicierum ipsarum non con-
tradixerunt nec aliquis contradixit, Et subinde Nos ne-
mine contradicente residuos duos scopulos aciales
inter bona prafata unum videlicet ad partem bono-
rum Regalium, et alium ad partem bonorum No-
bilium sippari decreoimus graniciisque ipsas
consumavimus roburque perpetue firmitatis ha-
bituras, et a partibus temporibus perpetuis o-
bservaturas Decreto Judiciali commissario pre-
sentibus decreoimus Nobiles ipsos approbatio-
nis causa granicierum ipsarum fiende. ad

sacram

Sacram Regiam Majestatem Dominum No-
strum graciosissimum ut moris est remittend&
Quibus in testimonio sigilla nostra presentibus
sunt subappensa. Actum et datum ibidem in loco
Campestri ibi ubi granicierum prefatarum scopu-
li residui ociales sippati sunt feria secunda pro-
xima ante dominicam Ramispalmarum Anno Do-
mini Millesimo Quingentesimo Undecimo presenti-
bus ibidem generosis et Nobilibus Stanislao Pruski
de Pszowicze Nicolao Morsztynski de Mroczkowice
Nicolao Wolski de Wyschowa Wola Stanislao Sza-
szynowicz de Magna Lozawia Stanislao Enstra
de Doleczko et alijs fidedignis. Nos igitur Si-
gismundus Rex supplicationibus iporum Nobi-
lium benigniter acquiescentes in omnibus et per
omnia que eidem suprascripti nostri Commissa-
rij in limitanz supradictis Villis fecerunt prout in
eorum litteris proxime suprascriptis continetur
ut grata et firma de certa scientia, et singulari
clementia nostra commendanz approbanz con-
firmanz et ratificanz duximus commendamus-
que approbamus et confirmamus presentibus
Decernentes omnia et singula premissa per di-
ctos

ctos Commissarios nostros Dicta facta gesta et or-
dinata robur debite perpetuaque firmitatis obtinere
in avum tenore praventium mediante. In cujus rei
testimonium Sigillum nostrum praventibus est subappen-
sum Actum Cracovie feria sexta proxima ante festum
Annuntiationis Gloriosissime Marie Virginis Anno
Domini millesimo Quingentesimo Duodecimo Regni
vero nostri Sexto praesentibus ibidem Reverenz in Chri-
sto patribus Dominis Erasmo Plocensi Mathia Premi-
sliensi, et Regni nostri Cancellario Episcopis Necnon Ma-
gnificis Venerabilibus et Generosis Nicolao de Kamie-
niec Palatino et Capitaneo Cracoviensi Joanne Odro-
wonsz de Sprowa Russie, Otha de Chodecz Podolie
Palatinus Christophoro de Szydlowiecz Sandomiriensi
et Regni nostri Vice Cancellario Siradieque Sochacz
Gostinenz Capitaneo, Georgio Krupski Belzenz, Nicolao
de Szydloz Radomienz, Andrea de Thanczin Bieczenz
Castellanis Sta. de Chodecz Marschalco Regni et
Capitaneo Leopoliensi Andrea de Kurzelicz Thesau-
rario Regni nostri Szpuzensis Owiacimenz Bidgo-
stienz Juniwlad Capitaneo Lupparioque et pro
curatore generali Cracovienz, Joanne Lathalski
Praposito Petro Thamyczski Archidiacono Sigismun-
do Thargowiczski et Joanne Karnkowski Cano-
nicis Cracovienssibus Secretarijs nostris Stanislao
Chobezki

Chobezki Vexillifero Tricivse et Subpincerna Regni nostri Nicolao Oczeski Magistro Stabuli nostri Pizdrenę Coninenę et Costenę Capitaneo Ceterisque Dignitarijs et officialibus nostris testibus ad premissa vocare et fidelibus dilectis. Datum per manus ejusdem Magnifici Christophori de Szydłowiecz Castellani Sandomiriensis sincere nobis dilecti.

Forum annum Oppidi Grodek in terra Camenecensi.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Nec non Terrarum Cracoviæ Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Kujaviæ Russiæ Prussiæque Culmensis Elbingensis Pomeraniæque etc. Dominus et hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis etc. Quia cut semper de nostra clementia facere consuevimus) conditionem oppidi Grodek in terra Camenecensi vtt' facere meliorem cupientes ad supplicationem Nobilis Joannis Kathold de Skrzylno In eodem ipso oppido Grodek fora annalia unum pro festo Assumptionis Gloriosissimæ Virginis Mariæ, aliud pro festo Sancti Nicolai Confessoris, Septimanale vero pro quolibet die do-

minico

minico indicendo et instituendo de certa nostra scien-
tia et gratia Regia duximus instituimusque et indici-
mus praesentibus temporibus perpetuo duraturum,
ab omnibus et singulis hominibus utriusque status
sexus et conditionis cujuscunque. /: absque tamen
praejuditio et jactura civitatum et oppidorum in ter-
ra predicta Camenecensi consistentium: / celebrare
et exercere idque more aliorum Civitatum et
oppidorum terre predicte, dantes et concedentes
omnimodam potestatem sectoribus mercatoribus
et quibuslibet hominibus ad oppidum predictum
grad cujuslibet fore annalis venire ibidem res et
meras quascunque cujuslibet coloris et manerij fu-
erint exponere vendendi res pro rebus commutandi
et cambiare aliaque negotiationis et mercatura genera
exercendi et disponendi Nostra et nostrorum su-
bditorum libertate fuliti Nisi tales sint quos jura
non tenentur et quibus consortia fidedignorum
merito denegantur In cujus rei testimonium Sigil-
lum nostrum praesentibus est appensum Actum
Cracovie Sabbato proximo ante Dominicam O-
culi Anno Domini Millesimo Quingentesimo de-
decimo Regni vero Nostri Sexto praesentibus ibi-
dem ut supra proximis testibus. Datum per ma-
nus ejusdem Magnifici Christophori de Szydlo-
wicz

wicz Castellani Sandomiriensis et Regni Po-
lonie Vice Cancellarij Siradiensque Sochaczoviensis
et Postinensis Capitanei Sinare nobis Dilecti.

Relatio ejusd. M. Christophori ecld.

Littera ut infra considerare licet.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie ecld
Universis et singulis Reverendissimis in Christo Patri-
bus Nec non Magnificis Generosis Nobilibus Famo-
sis et Laboriosis Sexus et Status utriusque vincere
et fidelibus nostris dilectis. Significamus tenore pra-
sentium harum notitiam inspecturis. Quomodo per
Palatinum Moldaviensem nonnulla vicissime querela
occasione subditorum suorum contra subditos et
incolas terrarum nostrarum et signanter contra ter-
ram Haliciensem et districtus ejusdem videliat
Trebouliensem Kolmensem coram Majestate Nostra
per nuntios ipsius Palatini proponuntur. Quia
prafatis incolis et subditis nostris multis gravami-
nibus furticinijs viarum repercussionibus et quam
plurimis molestationibus asserit, subditos nostros
per ipsius esse oppressos. Nos itaque considerantes

ne

ne ex talibus pejora exorirentur inter prafatum
Palatinum et subditos terrarum nostrarum, et nenovissimus error renovaretur pejor priori, tum etiam
habentes respectum ad munimenta pacis perpetua
inter nos et regnum nostrum, ac ipsum Palatinum
terramque ipsius inscripta, juramentaque nostrum mòdo
confirmata volentes eadem inviolabiliter conservare
et talibus transgresso rebus pacis perpetuo procu-
dere commisimus Mandantes severius Magnifico
Olde de Chodecz Palatino Podolie et Capitaneo
Chaliciensi sincere nobis dilecto habere volentes
quatenus custodes granicierum alias Pobrezniki
in terra Haliciensi et districtibus ejusdem vidclicet
colomenz Izniatinenz et Trebowlenz constituat con-
stituendique ipsos omnimodam facultatem habeat
sine quovis impedimento quarumlibet personarum
Qui prafati custodes habeant facultatem fideliter
providere et conspicere malefactoresque omnes de-
tinere et in manus prafati Magnifici Olde de Cho-
decz illos extradenz ne tanta furticinia et latrocinia
in prafatis granicibus ampliùs dilaterentur
Et si aliqua querulationes ex parte subditorum
prafati Palatini Moldavie pro quibuscunque
injurijs ad prafantia prafati Palatini Podolien-
sis supervenerint commisimus et dedimus eidz omni-

modam

modam auctoritatem nostram de talibus expr. essimg
et quibuscunque injurijs in prafata terra Haliuin.
si et de districtibus ejusdem eisdem valachis
omnimodam et indilatam justitiam ministrare. Et
si aliquei subditorum nostrorum in talibus essent re-
belles et inobedientes cujuscunque status et emi-
nentie ne fuerint eosdem puniendos penis vel jus.
ta demeritum ipsorum damus eidem Palatino Podo-
liensi omnimodam auctoritatem nostram vobisque
Capitaneis et Tenutarijs nostrorum districtuum ac
bonorum prafata terre Haliciensis mandamus
omnino habere volentes quatenus eidem Otte
Palatino Podoliensi et Capitaneo Haliciensi obe-
diatis obedireque subdita tam Nobiles quam com-
munem vulgum districtuum vestrorum in his
omnibus per nos sibi commissis faciatis. In
cujus rei evidentius testimonium sigillum nostrum
subimprimi jussimus. Datum Cracovie Feria Quin-
ta post Dominicam Judica Anno Domini Mil-
lesimo Quingentesimo Duodecimo.

Christophorus de Sz: Castalo
Sandz et R. P. Vice Criuw mpp

Relatio Magnifici
Christophori de Szy-
dłowiecz C. Sandz et R. P. W. Cz.

Donatio

Donatio census annui in Judeis Poznaniensibus Generoso Joanni Rochemberg.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie etc. Significamus etc. Quomodo Generosi et strenui Joannis Rochemberg curieq nostris servitijs et praesertim in novissimo Valachico bello ubi ve strennue pro gloria nostra et Regni nostri opposuit exhibitis, liberalitate nostra gratiam referentes. eidem in Judeis Posnaniensibus quot annis donec vixerit ducentos Florenos in usum suum recipiendos donamus de eo proventu quem judei prafati in et pro festo Sancti Michaelis singulis annis nobis solvere obligati et consueti sunt, Quo circa vobis Judeis Posnaniensibus Mandamus precipientes etomnino habere volentes quatenus prefato Joanni Rochemberg vicet premissum est ducento. florenos singulis annis temporibus consuetis tribuatis et solvatis, Secus sub penis nostris non facturum harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria tertia proxima post Dm Judica etc anno Dni M D XII Regni vero nostri Anno Sexto

Relatio Magni: Christo: de Sor: ecd

Excipit

Excipit prout et excepit et absolvit Majestas Derslaum Zaliwski ut non respondeat neque pareat juri in Regno occõi aggersibi per Danielem Siedleczki in Districtu Lucoviensi virtute certa concordiã donati ectõ.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie ectõ Significamus tenore praesentium, Quomodo povt multas differentias dissensiones controversias odia litum discordias et contentiones inter Nobiles Nicolaum Zaliwski De Volumicze Ducatus Masovie et Districtus Livenz ab una et Danielem Siedleczki de Siedlicze et de Grabiowa haeredem Terrigenam Regni Polonie districtus Lucovienvis ex altera partibus occasione cujusdam aggeris et Pirna per ipsum Danielem facte inter hareditatem Grabiona et Siedlicze suam in Regno carentem et hareditatem Volumicze ipsius Nicolai in ducatu Masovie sitã exortas. Licet ipsa partes suprascripte occasione pramissorum omnium concordate sunt sic ut id specialibus litteris nostris abundius expressimus Tamen posteaquam per ipsam con-

cordiam

wrdiam Daniel Siedleczki inter alia multa recognovit et cocessit quia ad reparationem aggeris tum quando necesse fuerit et omni tempore quo prafato Nicolao Zaliwski et suis Successoribus legitimis predictum aggerem reparare et in altum erigere sippare ad suum beneplacitum placuerit dedit donavit perpetua et irrevocabili Donatione libertatem terram fodiendi recipiendi et ducendi atque super eundem aggerem sippari in hareditate Grabiona et Siedlicze ubi oicinnis et proprijs penes finem aggeris sine omni excusatione prafati Danielis suorumque legitimorum Successorum. Recognoscens ipse idem Daniel quod molendinum in fluvio Szitna sub eodem aggere in eodem loco ubi eandem molendinum ipse idem Daniel penis construxerat uracum folisch panicidarum et arcali bera pro domo Molendinatoris cum horto et libertate pascendi peccora et pecudes molendinatorum et duorum stadiorum agri latitudinis arca ante domum Molendinatoris pro reponendis roboribus et necessarijs pro molendino ductis et ducendis et standum cum curribus ad molendinum venientibus Idem Daniel

ipse

ipse Nicolao Zaliwski et suis Successoribus legiti-
mis dedit donavit perpetuaque et irrevocabili do-
natione atque prafati hereditati Volunicze perpe-
tuo incorporavit sic et ipsa concordia latius ca-
vet et obloquitur Tametsi in eadem ipsa concor-
dia expresse solenniterque descriptum cautumque
est quod quotiens aliquis contra ipsam concordiam
aliquid facere tentaverit excesserit contravenerit et vio-
laverit extunc citatus ad praesentiam Majestatis no-
stra ubi feliciter cum curia nostra constituemur stare
et respondere tenebitur milla praescriptione si evadeng
sicut id melius et abundius in ipsa concordia expres-
sum est. Tamen quia ipse Nicolaus Zaliwski molen-
dinum illud in dicto fluvio vitum cum omni-
bus et singulis emolumentis et utilitatibus acar-
ra que est in Regno Poloniæ predicta Generoso Der-
slao nostri cognine mgro filio suo dedit donavit
et resignavit, sicut ad dicta Lucovicensia in
Regno nostro et Liverensia in Ducatu Mazo.
vie Districtuum id melius abundiusque ex-
pressum est. Et ipse idem Derslaus Zaliwski est
quemadmodum et pr dmis predictis in Duca-
tu Mazovie et Daniel est de Regno nostro Po-
lonie. Licet quoque ipse Derslaus nihil sibi ve-

retur quin secundum illam ipsam concordiam in
toto/: prout debet :/ conservabitur. Ad meliorem tamen
cautelam et ex superabundantia prefatus Genero-
sus Derslaus Zaliwski cequin noster Magister fi-
delis gratique dilectus nihil a jure et concordia
predicta discedens supplicavit humiliter Majestati
nostre ut sibi hanc prarogativam et gratiam facere
dignaremur. Ut ratione dicte arce et terre de qua su-
pra fit mentio per Danielem donatre et in Regno
nostro consistens de Districtu Livensi ad terras et
districtus Regni nostri judicialiter vel extrajudi-
cialiter non cittaretur et non evocaretur. Nos haben-
tes rationem omnium in memorata concordia con-
tentorum simul ac dicti derslai fidelium servi-
tiarum quibus nobis plurimum extat commen-
datus, ad intercessionemque itde consilio Consi-
liariorum Nostrorum. Et imprimis animad-
vertentes quod illa ipsa donatio per dictum
Sidleczki ipsi Derslao Zaliwski facta mi-
noris et utilitate quam villa et hereditas
Volenicze nos rationabile duximus esse ipsi
Derslao Zaliwski et suis successoribus legi-
timis alrm ratione aggeris possessa et non ter-
ris hereditatis Volenicze in Regno respande-

re

re. Quapropter Nos qui Rex et Dominus sumus
prædictum Derslaum Zaliwski ab omnibus Ju-
dicijs Palatinorum Castellanorum Judicum vel
subjudicum vel quorumvis dignitariorum vel
officialium Regni nostri absolvendum et liberan-
dum de certa scientia et speciali gratia nostra
duximus. Liberamusque eximimus et absolvimus
præsentibus litteris nostris huic ad extrema dicti
Derslai vitæ tempora, decernentes omnes citationes, o-
mnesque actus Judiciarios futuros, cujusunque
conditionis generis et speciei fuerint, ex ea quo-
modolibet subsequentes, eorum eisdem dignitarijs
et officialibus quinimo id totum quod ipse Daniel
et sui successores legitimi facere tentaverint, nul-
lius esse roboris virtutis auctoritatis et momenti,
Sed si quidpiam Derslaus ipse Zaliwski contra
dictum Danielem et suos Successores excesserit
vel peccaverit, extunc juxta illud Actor sequitur
forum rei in judicio et jure terræ vel districtus
competentibus, ad quod et quem bona dicta Volu-
nicze spectant et pertinent illum convenire de-
bebit et conveniet, jure mediante Quo circa vo-
bis omnibus Palatinis Castellanis Judicibus

Subjudicibq

subjudicibus et quibus libet Dignitarijs nostris
quacunque auctoritate insignit: Mandamus
quatenus prafatum Dersiaum Zaliwski et su-
os legittimos successores occasione donationis
hujusmodi taliter ut pramissum est sibi facta ad
instantiam dicti Danielis et suorum successorum
de suo districtu et terra Livensi non evocetis ne-
que citetis judicetis et auctoritatem vestram ex-
tendatis usque ut supra scriptum est ad extre-
ma vitae tempora, nam id omne quicquid
in pramissis feceritis judicaveritis sententiave-
ritis et decreveritis, cassum irritum vanum nul-
liusque auctoritatis roboris valoris et momen-
ti esse decernimus tenore praesentium mediante.
In cujus rei testimonium Sigillum nostrum
praesentibus est subappensum. Datum Cra-
coviae in Conventione generali feria quarta
Cinerum post festum Sancti Mathiae apostoli
proxima Anno Domini Millesimo Quingente-
simo Duodecimo Regni vero nostri anno Sexto.

Relatio Magnifici Christophori
de Szydłowiec Castellani Sandz
et R.S. Vice Cancellarij etc.

Castrum

Castrum Sniatynense et Oppidum Kolo-
mia Germanis de Chodecz ad vitam.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia re-
censentes in animo benemerita Magnifici Otte
Palatini Podolie et Capitanei Chalicziensis et
Raphaelis germanorum de Chodecz tum haben-
tes rationem quod domus illorum in terris Russie
nobis et Reipublice semper obsequens fuisset et
est nec dubitarunt majores et fratres eorundem
de Chodecz Reipublice Regni istius in terris i-
psis Russie et Podolie vitam et sanguinem
strennue exponere. Quapropter ut virtus premio
augeatur eorum ipsis Otti et Raphaeli de Cho-
decz bona nostra Regalia Castrum Sniatinense
et oppidum Kolomia cum omnibus villis et omni-
bus possessionibus eorundem de manibus Nobilium
Bäta Procopij de Gozdziecz Anna Joannis Gol-
gorski tanquam Davidis de Buczacz filiarum
et Anna Fredrusch Herborth de Kuzachovice et
Hedvigis Martini de Kamieniecz Succamerarij
Sannoczensis similiter conjugum filiarum Ca-
tharina Petri Oleski de eadem Buczacz convertz

De

De certa scientia et singulari benignitate Regijs
nostris exemendum convenciendum et admittendum
Ordinamus Conventimusque et admittimus per pre-
sentes. Ita tamen quod Summa pecuniarum in
et super bonis nostris Sniatinensibus castro et
oppido Colomea juste et legitime inscriptae per
ejusmodi exemptionem non augeantur per ip-
sum Bttam Palatinum et Raphaelem de Cho-
dcz et eorum Successores legitimos Colomia
et Castrum Sniatinense juxta vim tenorem
et continentiam litterarum originalium de-
super juste et legitime concessarum hoc est cum
omnibus et singulis utilitatibus censibus fructi-
bus et proventibus aliis quemadmodum litte-
ra originales in suis tenoribus et sententijs
perstringunt tenendum habendum utifruen-
dum pacifica et quiete possidendum usque
ad exemptionem per nos vel successores no-
stros faciendam Qua facta possessio dicto-
rum bonorum ad nos et successores nostros de-
volvetur jure pleno juribus et stationibus nostris
semper salvis. Sed ut idem Bttа et Raphael ger-
mani de Chodcz tanto ampliori clementia a-

nobis

nobis affectos et ornatos esse cognoscant ut quod
tanto ferventius nobis et Reipublicae in illis do-
minijs nostris inserviant hanc gratiam et pora-
rogativam dignati sumus exhibere eisdem fratri-
bus Otte et Raphaeli bona nostra suprascripta Castren-
sia Sniatynensia et oppidum Colomea cum omni-
bus et singulis possessionibus ad ea pertinentibus
juxta litteras capitales ad extrema vita tempora
tam ipsius Otte palatini quam Raphaelis pre-
dictorum germanorum tenendum regendum et
disponendum, eisque utifruendum dedimus et
concessimus damusque et concedimus praesenti-
bus, de quibus bonis nostris praedictos fratres nec
alterum eorum nemini subditorum nostrorum qua-
rumcunque statum dignitatum et conditionem fa-
erint exemere consentiemus, neque admittemus Ni-
si nos ipsi vel successores nostri dum voluerimus
nostris proprijs pecunijs pro mensa nostra redi-
memus. In cujus rei testimonium sigillum no-
strum praesentibus est appensum. Datum Cracoviae
in Conventione generali feria quarta Cinerum Clo
Dni Millesimo Quingentesimo Duodecimo Regni nri Sexto

Clo M. Christophori Clk

Conservatio

Conservatio Iuris Domus Lapidea
in Oppoczno Dominorum de Drze-
wicza.

In nomine Domini Amen Ad perpetuam rei
memoriam ut ea que cujuspiam meritis liberaliter
a principibus conceduntur vel dudum concessa a
memoria non labuntur litteris perpetuitati commen-
dare necesse est. Igitur Nos Sigismundus Dei Gratia
Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Nec non terra-
rum Cracovie Sandomirie Siradie Lancicie
Cujavie Russie Prussie Culmensis Elbingensis
Pomeranieque dominus et hares eiid signifi=
camus tenore presentium quibus expedit univer-
sis presentibus et futuris harum notitiam habi-
turis. Quia Reverendus in Christo Pater Domi-
nus Mathias Episcopus Premisliensis et Regni
nostri Polonie Cancellarius sincere nobis di-
lectus Nostre Majestati supplicavit ut domum
Lapideam ad se et fratrem suum Generosum
Adam de Drzewicza terra Sandomiriensis
Succamerarius annis in possessione ab avo suc-
cessione hucusque se esse profitentur eandem=
que nemini ad aliquod onus obnoxiam ullo

tempore

tempore fuisse asserunt. Sed omnino liberam et
terrestri juri duntaxat obnoxiam in nostro Oppi-
do Oppoczensi vitam et convivtentem in eadem in
qua hactenus fuit libertate et prerogativa con-
servaremus Conservandamque perpetuo de=
cernimus. Nos itaque ejusdem Reverendi in Chri.
sto Patris Domini Mathiæ Episcopi et Cancellarij
Regni nostri petitionibus tanquam rationi con-
sonis et aquabilibus permoti domum ejusmodi
jam usuetæ libertati ascribimus perpetuo et in
evum. In cujus rei testimonium Sigillum no-
strum presentibus est subappensum. Actum Crac-
vie Sabbato proximo ante Dominicam Judica
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duo-
decimo Regni vero nostri anno Sexto presenti-
bus Reverendo in Christo patribus Domino Eraz
smo Plocensi Jacobo Camenecensi Episcopis
nec non Magnificis Venerabilibus et Generosis
Nicolao de Kamieniecz Palatino et Capita-
neo Cracoviensi Erasmo Sandomiriensi et Via
Camerario Nicolao Radomensi germanis de
Schydlowiecz Nicolao Jordan de Zakliczyn Vis-
liciensi, et Andrea de Thanczin Bicensi Castel-

lanis

lanis Stanislao de Chodecz Marschalco An-
dreae de Coszuleez Thesaurario Regni nostri
Joanne Lathalski Gneznensi Cracouiensi et
Lanciciensi Ecclesiarum ppto Joanne Carn-
kowski Scolastico Sandomiriensi et Canonico
Cracouiensi Secretarijs nostris et Stanislao Chro-
berski Vexillifero Tnesore et Suppinarna Curie
nostra Caterisque dignitarijs Officialibus et Cu-
riensibus nostris testibus ad pramissa fide dignis
sincere et fidelibus nostris dilectis Datum per
manus prafati Magnifici de Schydtowicz
Christophori Castellani Sandomiriensis et
Regni nostri Vice Cancellarij sincere nobis
dilecti

Relatio ejusdem Magnifici
Christophori de Szydłowicz
Castel: Sand: et R. P. Vice cancellarii.

Confirmatio Iurium Drzewicza.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei
memoriam, et cum dispositiones et actiones
hominum plerumque oblivio erroris vitio
confundere consuevit Regum et Principum va-

lubres

libres constituerunt sanctiones illas litterarum
scripturis sigillorum munimentis et testium
animeto esse firmandas, Proinde nos Sigismun-
dus Dei Gratia Rex Polonie Magnus Dux
Lithuanie nec non terrarum Cracovie San-
domirie Siradie Lancicie Kujavie Russie
Russie Prussie Pomeranie Elbingensis Cul-
mensisque etc Dominus et Hares. Significamus
tenore presentium quibus expedit universis
presentibus et futuris harum notitiam habi-
ris. Quomodo in nostra et Consiliariorum no-
strorum hic nobiscum existentium presentia
constituti personaliter Reverendus in Christo
Pater Dominus Mathias Episcopus Premislien-
sis et Regni Cancellarius et Adam de Dzu-
wicza Succamerarius Sandomirienſis germa-
ni, sincere et fideles nobis dilecti supplicarunt
humiliter nostra Majestati Quatenus eisdem
Privilegium tenoris infrascripti de gratia et
munificentia nostris Regijs approbare rati-
ficare et confirmare dignaremur. Cujus pri-
vilegij tenor sequitur et est talis. In no=

mine

mine Domini Amen Ad perpetuam rei memo-
riam providens mortalium solertia animadver-
tens actiones que sub ipsis labilitate sunt facile
intermitti et in oblivionem devenire posse nisi
litterarum presidio et testimonio annotaciorum
fuerint perhennate. Proinde Nos Joannes Albertus
Dei gratia Rex Polonie. Nec non terrarum Craw-
vie Sandomirie Siradie Lancicie Cuyavie Mazo-
vie Supremus Dux Lithuanie Russie Prussie
ac Culmensis Elbingensis et Pomeranie ceto Do-
minus et Heres. Significamus tenore presentium
quibus expedit universis presentibus et futuris
harum notitiam habituris. Quomodo venien ad
nostram et Conciliariorum nostrorum lateri no-
stro tunc assistentiam presentiam Venerabilis
Mathias de Drzewicza pptus Scarbimirien sis
Secretarius noster devote nobis Dilectus exhibuit
coram nobis certum privilegium suis prede-
cessoribus per olim Serenissimum Dominum
Vladislaum Polonie Regem Avum nostrum
Carissimum super fundationem et erectio-
nem oppidi ipsius Mathie Paterni Drzewi-

cza

cza in terra Sandomirièns̄i ꝯ grõse con-
cessum supplicavitque nobis humilies quo po-
tuit suo et certorum fratrum suorum in cu-
ria nostra contin̄ue existentium nominibus qua-
tenus privilegium ipsorum confirmare ratifi-
care et approbare dignaremur. Cujusquidem
Privilegij tenor de verbo ad verbum sequitur
et est talis. In nomine Domini Amen. Ad rei
memoriam sempiternam. Quia tunc multo-
rum errorum et dubiorum prudenter occurrimus
mō modis dum gesta aetatę nostra Litterarum
apicibus et fidedignorum testimonio perhen-
navimus ne lapsu temporis evanescant. Pro-
inde Nos Vladislaus Dei gratia Rex Polo-
niæ nec non terrarum Cracoviæ Sandomiriæ
Siradiæ Lanciciæ Kujaviæ Lithaniæque Prin-
ceps Supremus Pomeraniæ Russiæque Do-
minus et hæres etc̄. Significamus tenore
præsentium quibus expedit universis præsen-
tibus et futuris pnōnum notitiam habituris.
Quomodo inter sollicitudinem curas quæ Re-

gię

gio culmini incumbunt continuo illud praecipu-
um meditamur qualiter Regnum nostrum Poloniæ
cujus nos cura continua sollicitat cui favente gra-
tia altissimi feliciter praesidemus tempore no-
stri felicis Regiminis utilia incrementa se senciat
recepisse Locaque ipsius vasta inhabitabilia atque
fructifera convertamus ut nobis inde commoda
et grata obsequia subsequantur. Quare attenden-
tes fidelium servitiorum constantiam Quibus nobis
Nobilis Nicolaus de Drzewicza Secretarius noster
et noster fidelis Dilectus una cum fratribus ger-
manis de Drzewicza videlicet Joanne Petro Jacobo
et Clemente complacere meruerunt, harum in-
tuitu volentes ipsos ad hujusd servitia nostra
reddere promptiores ad instantes petitiones i-
psorum villam eorum Drzewicza, in terra
Sandomiriensi et districtu Radomensi villam
in Civitatem transformamus. Quam eximen eo-
dem vocabulo Drzewicza volumus nuncupari
Jusque Civile Theutonicum Magdeburgicum
eidem civitati concedem perpetuis temporibus
duraturum omnia jura Polonicalia modos
et

et consuetudines universas renovenz in eadem
que ipsum Jus Theutonicum plerumque con-
suevernt perturbare eximimus insuper et
perpetuo liberamus advocatiam nec non o-
mnes et singulos cives et quovis dicte Civita-
tis incolas ab omni jurisdictione et potestate
omnium Regni nostri Palatinorum Castellano-
rum Capitaneorum Judicum Subjudicum et quo-
rumvis officialium et Ministerialium eorundem
et coram ipsismet ipsorum aliquo pro causis
tum magnis qu̇ parvis xnla homi-
cidij membrorum mutilationis et quibusvis enor-
mibus gressibus cittati minime respondebunt nec a-
liquas poenas solvere teneantur. Sed tantum di-
cte Civitatis Drzewicza Cives et quivis In-
colle coram suo advocato qui fuerit pro
tempore, Advocatus vero cum dictis fratribus
et ipsorum successoribus aut coram Nobis Dñm
tum per Nostram Litteram Sigillo nostro
sigillatam vocatus fuerit et citatus. Et hoc
si si reddenda justitia negligens foret et remis-
sus fu̇ non aliter qu̇ suo Jure Theutonico

Magde

Magdeburgensi prodicto De re querelantibus
respondere sit astrictus In causis autem Crimi-
nalibus et Capitalibus memorata Civitatis
advocato in metz et granicijs judicandi sen-
tenciandi puniendi corrigendi plectendi et con-
dimnandi plenam damus et omnimodam teno-
re praesentium concedendi facultatem prout
hoc ipsum dictum Jus Theutonicum in omni-
bus suis punctis sententijs conditionibus ar-
ticulis et clausulis postulat et requirit ut an-
tea pranominata Civitas Drzewicza horum
multitudine cocinus valeat collocari et con-
ditionem rempe meliorem forum sextimanale
singulis ferijs quietis forum vero Annale ter
in anno primum videlicet in festo Sancti
Marci Evangelistae Secundum in festo Cor-
poris Christi et tertium in festo Sancti Lu-
ce Evangelistae pro qualibet vice per tri-
um dierum spatium continuandum Iudi-
camus et statuimus perpetuo celebrandum
in eadem dare et concedere omnibus et

singulis

singulis mercatoribus et cujuscunque status
et conditionis existant hominibus ab hujusdi
annualia et septimanalia ut praefertur ter in
anno ab undecunque venientibus et venire vo-
lentibus plenam et omnimodam facultatem
ut valeant atque possint res ipsorum atque
mercantias cujuscunque sint generis et speciei
farisare vendere emere et res pro rebus dispo-
nere et commuttare quibus dispositis vel
non dispositis ad propria cum eisdem redire
et reverti libere et secure sine impedimento
faraliarum exactionis cessante. Mandamus igitur
omnibus et singulis Regni nostri Capitaneis
Tenutarijs Burgrabijs Procuratoribus et quibus-
vis officialibus et subditis presentibus et futu-
ris quotiens predicta fora omnibus ferijs quin-
tis septimanalia et ter in anno Annalia
singulis annis promittatis et permitti facia-
tis exercere libere et secure nullas foralium
alias thargonse solutiones inibi pro nobis e=
xigere et exigere premittens no-

stra

stra sub obtenta secus facere non auxurum.
harum quibus Sigillum nostrum est subap-
pensum et testimonio litterarum Actum
in Nuschowa in Crastino Ascensionis
Domini Anno ejusdem Millesimo Quadrin-
gentesimo Vigesimo Nono presentibus Reve-
rendis in Christo Patribus Dominis Alberto
Sancte Ecclesie Gneznensis Archiepiscopo et
Primate Joanne Episcopo Vladislaviensi Re-
gni Polonie Cancellario Magnificis et Stremus
Sandinogio de Ostorog Posnaniense Andrea
de Damabocz Calisiensi Tarando de Grabie
Vladislaviensi Palatino et Alberto Malski
Succamerario Lanciciensi multisque alijs
fidedignis Datum per manus predicti Do-
mini Joannis Episcopi et Cancellarij et
Venerabilis Vladislai de Opporow Decreto-
rum Doctoris ppti sñti Floriani ante Cra-
viam Gneznensis Cracoviensis et Pozna-
niensis Ecclesiarum Canonici ejusdem Regni
Polonie Vicecancellarij sincere nobis dile-

ctorum

ctorum. Attenta igitur prefati Mathie ppti
Scarbimirienvis Secretarij nostri fratremque ipsi-
us justa et rationabili petitione privilegium pre-
fatum tanquam justum sufficiensque et omni
prorsus vitio suspitione carens in omnibus pun
ctis conditionibus articulis et clausulis ratum et
gratum habens confirmamus ratificamus &
approbamus tenore presentium mediante de-
cernens illud robur firmitatis perpetuo obtinere
harum quibus Sigillum nostrum est subappen-
sum testimonio Litterarum Datum Cracovie fe-
ria quarta Festi Praesentationis Beatissime Virginis
Marie Anno Domini Millesimo Quadringentesi-
mo Nonagesimo Octavo Regni vero nostri Anno Se-
ptimo presentibus ibidem Illustrissimo et Reveren-
dissimo Domino Frederico duna imseratione Sa-
crosancte Romane Ecclesie tituli Sancte Lucie
in septem Soliis presbytero Cardinali Archie-
piscopo Gneznensi et Primate ac Episcopo Craco-
viensi germano nostro Carissimo Reverendis in
Christo Patribus Dominis Creslao Wladisla-

viensi

viensi et Regni nostri Cancellario Joanne Posna-
niensi Episcopis nec non Magnificis et Genero-
sis Joanne Amor de Tharnow Castellano Spitko
ve de Jarosslavo Palatino Cracoviensis Andrea
de Schamotuli Caliziensi Andrea de Thar-
czin Poyniczensi Paulo Cola de Salejow hali-
ciensi Martino de Wroczimowicze Polanecensi
Castellanis et alijs quamplurib⁹ dignitarijs
et Curiensibus nostris sincere et fidelibus dile-
ctis datum per Manus Reverendi Patris Vin-
centij de Pizeramb Regni nostri Vice Cancel-
larij sincere nobis dilecti Idem ipse Vincenti-
us Vice Cancellarius videlicet Relatio ejus-
dem Reverendi Patris Vincentij de Prze-
ramb Regni Poloniæ Vice Cancellarij Qui-
busquidem supplicationibus tanquam ju-
stis et rationi consonis benigniter annuen-
vilequim prainsertum in omnibus ejus
punctis clausulis et articulis ratum et
gratum habens de certa scientia nostra
et Consiliariorum nostrorum consilio ap-
probandum ratificandum et confirman-

dum

dum duximus approbamusque ratificamus
et confirmamus praesentibus scripti patrotinio
Quoniam vero forum septimanale in oppido pra-
fato Drzewicza feria quinta cum injuria et pra-
judicio aliarum Civitatum et Oppidorum in
vicinatu convistentium et institutu Ideo hoc
forum septimanale de feria quinta in diem
sabbatum modo superius expresso tenendum
obtinendum et exercendum transferendum et trans-
ponendum duximus transtulimusque et
transponimus praesentibus decernentes ea o-
mnia et singula robur perpetuae firmita-
tis obtinere In cujus rei testimonium sigillum
praesentibus est subappensum Actum Cra-
viae feria sexta proxima ante Dominicam
Ramispalmarum Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Duodecimo Regni vero no-
stri Anno Sexto praesentibus ut supra.

Donatio et inscriptio pro omnium
et singulorum bonorum Reverendissi-

mo

mo Domino Episcopo Premisliensi
per Simonem Cuthawi factam

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae ecclo Signi-
ficamus tenore praesentium quibus ecclo Luia
in nostra Majestatis et Consiliariorum nostro-
rum tunc lateri nostro assidentium praesen-
tia constitutus personaliter Nobilis Simon Kut-
hawi dictus Kothmagister cum fidelis mote
proprio non compulsus nec coactus neque
aliquo devio errore seductus aut circumven-
tus sed sanus mente pariter et corpore existens
matura deliberatione atque salubri consilio
prahabitis libera mente publice recognovit
et per expressum fassus est. Luia conditioni
suae impunitiarum et denique morte subse-
cuta saluti animae solit consulens omnia
et singula bona sua quaecunque modo li-
cet et in futurum quomodolibet industria
sua militari conquisituras et habituras est
in quibuscunque Regnis Dominijs terris et
Districtibus consistentia tam immobilia
videlicet

videlicet hæreditaria obligatoria et Regalia
quibuscunque nominibus et cognominibus
nuncupata quam et inobilia videlicet Cle-
nodia aurum argentum equos arma et que-
que Parafiarnalia ac omnimodam supellectilem
Reverendissimo in Christo Patri Domino Mathiæ
Episcopo Premisliensi et Regni nostri Cancella-
rio sincere nobis dilecto de ejus intemerata fide
et confidentia bene persuasus dedit donavit et
inscripsit titulo et modo hæreditario datque donat
et inscribit irrevocabiliter perpetuo et in avum
omne Jus Dominium et proprietatem omni-
um bonorum et rerum suarum prafatarum
in ipsum Dominum Mathiam Episcopum
transfundendo et sibi conferendo ab omnibus
et singulis Successoribus propinquis et cogna-
tis suis pradicta bona sua omnia tam mo-
bilia quam immobilia nihil excipiendo ac omne
jus et proprietatem eorundem alienando pror-
sus et ipsis nihil reservando tenore praesenti-
um mediante per ipsum Dominum Mathi-

am

am Episcopum prefatum tanquam verum
et legitimum haeredem dicta bona et res ut
praemittitur ejusdem Nobilis Simoni Kulhawi
ubique libere tollendas tenendas habendas utifruen-
das pacifice quoque et quiete possidendas modo
hereditario ut premittitur possidendas dandas do-
nandas vendendas alienandas comutandas in-
scribendas et in usus beneplacitos tam suos proprios
quam alienos pro anima dicti Simonis ad pia
opera pro arbitrio suo et prout sibi melius et
utilius videbitur expedire convertendas perpe-
tuis temporibus harum quibus sigillum no-
strum est subappensum testimonio litterа-
rum Datum Cracovia feria secunda post
Dominicam Judica proxima Anno Domi-
ni Millesimo Quingentesimo Duodecimo.

Relatio ut supra.

Recognitio certi debiti per Generosum
Stanislaum Lanckorunski Capitaneum
Camenecensem eccl Illustrissimo
Cziolek quod ipse q3 Czioleq montmer
Reverendissimo Domino Episcopo

Premisliens

Premislien si et Regni Polonica Cancella-
rio recognovitu.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ etc
significamus tenore praesentium quibus etc
Quia in nostra Majestatis praesentia constitutus
personaliter Generosus Stanislaus Lanckorun-
ski de Brzezie Subpincerna Sandomiriensis
et Capitaneus noster Camenecensis sanus men-
te et corpore existens matura deliberatione et
consilio prahabitis libera mente publice recogno-
vit et per expressum fassus est. Quia Generoso
Joanni Cziolek de Wybczyska terrigene nostro
tenetur Centum Florenos hungaricales boni auri
et justi ponderis veri et legitimi debiti quos a-
pud ipsum sua exigente necessitate mutuo rece-
pit et levavit in effectu eodemque momento
prafatus Joannes Cziolek eodem coram nobis
stans personaliter motu proprio libere et pu-
blice recognovit quod eosdem centum florenos
competebant eidem Domino Mathiæ Episcopo
conferendo et in ipsum transfundendo. Ita
quod jam prafatus Stanislaus Lanckorun-

ski

ski Dictos centum florenos hungaricales boni
auri veri et justi ponderis Dicto Domino Ma-
thie Episcopo tanquam vero et legitimo creditori et
non Joann Ziolek neque ejus Successoribus in et
pro festo Sancti Andree proxime futuro solvere
debet in effectu seque coram nobis soluturum
summisit quavis ulteriore dilatione prorsus
posthabita harum quibus ecto Datum Craco-
vie ecto.

Relatio ut supra.

Quietatio Magnifici Nicolai de
Camieniecz Palatini Cracovien-
sis ecto de proventibus Capitanea-
tus Sanocensis uti

Sigismundus ecto Significamus ecto Quia Ma-
gnificus Nicolaus de Camieniecz Palatinus et
Capitaneus Cracovienis ac Sanoczensis nec non
exercitum Regni nostri Campiductor generalis
nobis sincere dilectus coram Majestate nostra
docuit Quod de omnibus et singulis censibus

proventibus

proventibus et redditibus ad Capitaneatum
Sanocensem pertinentem ad mensam nostram
spectantibus Serenissimo Principi Domino olim
Alberto Regi Poloniae fratri nostro charissimo suffi-
cientem fecit rationem. Cujusquidem Palatini et Ca-
pitanei benemerita fraterna Majestas dum olim
Alexandri Regis in prospectu habens sibi census
et proventus et redditus cujusdem Capitaneatus Sa-
nocensis usque ad donationem eorundem sibi per
dictam fraternam Majestatem Alexandri Regis
factam quittamus proventibus. In cujus rei te-
stimonium etc Datum Cracoviae feria tertia pro-
xima post Dominicam palmarum Anno Domi
ni Millesimo Quingentesimo Duodecimo Re-
gni autem nostri anno sexto.

Ad vitam Nicolao Sokalniczki su-
per Advocatiam in Plonsko
Sigismundus etc Significamus etc Quod
super tempore paulo superiore ad Reverendi
in Christo Patris Domini Erasmi Episcopi Po-
censis nobis sincere dilecti intercessionem No-
bili Nicolao Sokalniczki Advocatiam in
oppido

oppido nostro Plonsko in terra Plocensi vi-
tam de manibus Nobilium et Providorum Jo-
annis Malischowski et Catharina Sororis et Pio-
kowa Burnikszowa et Margaretha Michalo-
wa et Sasin aliorumque quomodolibet ad
id interesse habens redimere convensimus et admi-
simus prout id specialibus litteris nostris abundi-
us expressimus. Ita et impunitiarum ad ejus-
dem Domini Episcopi petitionem mediorato
Nicolao Sokalniczki eandem Advocatiam
in oppido nostro Plonsko per ipsum exerans
a tempore quo ejus realem et actualem as-
secutus fuerit possessionem cum toto domi-
nio alias juxta vim tenorem et continentiam
privilegij Advocatialis tenendum habendum et
possidendum de certa scientia et singulari gra-
tia Regijs nostris dandum duximus damus-
que praesentibus litteris nostris. Ita ut ipse
Nicolaus ejusdem prerogativa ornatus
per millum subditorum nostrorum cujus-
cunque status sexus et conditionis fuerit

De

de ipsa advocatia exemi poterit. Nec nos i-
psum eximere admittemus praesentium per
tenorem harum quibus Sigillum nostrum
est appensum testimonio literarum Da-
tum Cracoviae feria Secunda post Dominicam
Palmarum Anno Domini Millesimo Quinger-
tesimo Duodecimo Regni vero nostri Anno
Sexto

Relatio M. Christophori
Tribunatus Plocensis Jò Wicz-
wienski

Sigismundus etc Significamus etc Quod
licet in Conventu generali Piotrcoviensi proxi-
me preterito, Generoso Nicolao Wolski Vexilli-
fero Sochaczoviensi dignitatem tribunicatori-
am Plocensem qua Nicolaus Trampski ex
donatione ducali ornatus erat, eundemque
Tribunatum tenebat et gerebat ad nos dis-
positionemque nostram vigore statuti ad nos
possessionatos dignitarios et officiales per

nostram

nostram Majestatem publicitus editi et pro-
mulcati, devoluta. Quo non attento aut for-
tasse ignorato, ipse Nicolaus Trampski se posse-
sionatum reddere neglexit dederimus Quamo-
brem licet quoque Nicolaus Wolski ex dona-
tione nostra ex causaque prascripta possessione
dicti Tribunatus assecutus fuerit. Tamen quoniam
Reverendissimus in Christo Pater Dominus Jo-
annes Archi Episcopus Gnezrensis et Primas
nobis sincere dilectus cognita infelicitate illius
Nicolai Trampski, animadvertensque id cum non
temere fecisse quod scilicet possessionatum se in
terra Plocensi non reddiderit, sed ignorantia
legis et statuti prædicti tumque in illa dignitate
jam sencerit consensu nostro accedente inter i-
psos Nicolaum Wolski ac Nicolaum Trampski
prædictum taliter in ea re composuit et decernit,
Donatione nostra Nicolao Wolski juste et legitime
facta salva et illesa permanente sicque tam Ni-
colaus Wolski quam Nicolaus Trampski sint
Tiburni Tribunatusque illius Plocensis invo-
lidum

licium possessores ad extrema vite tempora
utriusque prout latius et abundius ejusmodi
concordia per Dominum Archi Episcopum facta
obloquitur Quam nos specialibus literis nostris
approbamus et confirmamus. Sed quia memo-
ratus Nicolaus Wolski Vexillifer et Tribunus qui
nunc peregre Hierosolima Salvatoris Nostri Je-
su Christi sepulchrum visurus, profectus est,
et in absentia sua intercedente pro eo prefato
Reverendissimo Domino Archiepiscopo Gnezn-
si, ad Castellaniam Sochaczovensem per suffectio-
nem Magnifici Andree de Radzieiowicze ad Pa-
latinatum plocensem vacantem, a nobis no-
minatus et creatus est. Igitur habentes commen-
datam virtutem et in rebus benegerendis dexte-
ritatem Nobilis Joannis Pichtwienski terrige-
ni nostri fidelis dilecti, simul ad Reverendis-
simi in Christo patris Domini Erasmi E-
piscopi Plocensis nobis sincere dilecti inter-
cessionem pro parte ejusdem Joannis fa-
ctam tum ad omne jus et gram Nico-
lao

lao Wolski facta quod ei ad dictum Tribuna-
tum in toto et in parte competit et competere
omnibus modis poterit surrogandum de
certa scientia et singulari gratia Regijs no-
stris duximus et surrogamus presentibus
eundem Tribunatum ex ea causa qua Nicolaus
Wolski, et eo modo via et jure quo Nicolao Wol-
Wolski dandum et concedendum duximus
prout damus et concedimus presentibus lite-
ris nostris ad extrema dicti Joannis vita tem-
pora vel ad majoris dignitatis assecutionem
possidendi. Quo circa tibi Nicolao Trampski Tri-
buno plocensi mandamus habere volenta
ut ipsum Joannem Wiczwienski pro suo
vero et legitimo collega altero tribuno habenz
prout debes juxta vim et naturam concordie
inter te et Nicolaum Wolski sicut premissum
est facta de omnibus rebus respondeas et
responderi cures Nobis autem universis di-
gnitarijs et officialibus terra Plocensis et a-
lijs quibus interest Mandamus ut eundem Jo-
annem pro vero et legitimo Tribuno habenz

sibi

sibi de loco inter vos consueto omnibusque juri-
bus et pertinentijs ad ipsum Tribunatum de jure
et consuetudine pertinentibus respondeatis et
responderi curetis Et aliter facere non auseri
pro gratia nostra Datum Cracovie feria ter-
tia proxima post Dominicam Ramispalma-
rum Anno Domini Millesimo Quingentesimo
Duodecimo Regni vero nostri Anno sexto.

Relatio Magnifici Christopho-
ri de Schydlowiecz Castellani
Sandecensis et R. P. Vice Cancellarij etc.

Consensus super exemptę Halmiczę
et Coumyneczyczę.

Anno et loco quibus supra feria secunda pro-
xima post Dominicam Ramispalmarum. Datus
et consensus Generoso Petro Hinck de Pini
nij Succamerario Camenecensi super exem-
ptionem villarum videlicet Halmiczę et Coumi-
neczyczę De manibus Nobilis
Caroli Holuzeczski Ita tamen etc Et libera in
forma Cancellarie solita eidem extradite

Reservatur

Reservatur
Advocatia Mlavensis ad vitam Jo-
ani Advocato ibidem.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia petitio-
nibus certorum consiliariorum nostrorum pro
parte Nobilis Joannis Advocati in Mlawa ad
nos humiliter porrectis benigniter aquiescentes
Ipsi Advocato hanc prerogativam et gratiam
fecimus prout jam eximus de certa scientia
et singulari benignitate nostra promitti-
mus et pollicemur presentibus Quod pra-
dictam Advocatiam in Mlawa de manibus
suis nulli subditorum nostrorum cujus-
cunque status sexus dignitatis et condi-
tionis fuerint exemere admittemus et con-
sentiemus usque ad tempora dicti Joan-
nis Advocati vite extrema tenore pra-
sentium mediante harum quibus si-
gillum nostrum etc. Datum Cracovie feria sexta
prosima post octavam festi Sacratissimi Cor-
poris Christi Anno Domini Millesimo

Quingen

Quingentesimo Duodecimo Regni vero nostri
anno sexto.

Relatio Magi Christophori ecdi.

Ratio Thorunensis de sale salma-
rum Premisliensium ad eos fluita-
to.

Christophorus de Szydłowicz Castellanus San-
domiriensis et Regni Poloniæ Vice Cancellarius nec
non Siradiensis Sochaczoviensis Gostinensis
ecte Capitaneus proturicque in terris Prussiæ
Sacræ Regiæ Majestatis Orator Recognosco per
praesentes Quia de mandato ejusque Sacræ Regiæ
Majestatis cum spectabilibus ac famosis Domi-
nis Proconsule et Consulibus civitatis Thoru
De sale quod ex Zuppa Premisliensi solvun-
cupata eisdem civibus fluitatum est a feria
secunda in crastino Dominica palmarum Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Undecimo
usque ad feriam quintam post festum Pa-
sca proxima Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Duodecimo justa Con-
tractum

tractum inter ipsam Sacram Regiam Ma-
jestatem et Cives prædictos factum fuit ratio-
nem omnimodam in hunc qui sequitur mo-
dum Imprimis ipsi Domini Proconsul et Con-
sules putaverunt mihi quinque Quittantias
videlicet Lupparij et Procuratorum Luppa pra-
dicta qui prædictum Sal in vasis fluitabant,
ac in manus prædictis Dominis Thorunensi-
bus tradebant, certo numero tenore quittantia-
rum prædictarum mediante, ex quibus
quittantijs prædictis cognovi fluitata esse in
toto numero vasa valis octo milia Trigin ta
quatuor de numero quorum Quadraginta
vasa Domino Episcopo Varmiensi ex commis-
sione sacræ Regiæ Majestatis et centum quin-
quaginta Dominis Thorunensibus iuxta te-
norem Contractus percepti esse dono data Lui-
bus vasis prædictis dono datis demptis et de-
falcatis remanent in toto numero vasa se-
ptem milia octingenta Quadraginta qua
tuor, quæ ad rem Contractus prout eadem
quittantiæ obloquuntur Dominis Thorunen-
sibus

sibus fluitata et tradita sunt. Cum autem
Sacra Regia Majestas promiserit ipsis Civibus
Dare vasa justa et plena et mensura antiqui-
tus usitata mensurata hac autem vasa quae
fluitabantur non fuerunt plena ratione cujus
Octavianus Lupparius cum predictis Civibus
Thorunensibus contraxit et constituit pro im-
pletione omnium vasarum salis super centum
vasa decem et supra mille centum superaddere
Eo itaque modo defalcantur ratione impletionis
vasa septingenta Tredecim Quibus defalcatis
remanent mensura justae et plena vasa se-
ptem millia Centum Triginta unum Pra-
terea quoniam in litteris contractus continetur
questiens Mille salis vasa per Cives Thorunen-
ses percepta fuerint totiens eisdem Sacra Re-
gia Majestas Quinquaginta superaddere tenebi-
tur Sic isto modo De Summa hac ultima
vasarum salis justae mensura quae justa
tenorem contractus duna sunt in Duas
partes aequales, quarum una pro Sacra
Regia Majestate pecuniis paratis soluta,

altera

altera vero pro Civibus Thorunensibus ad
extenuacom Summa Decem milia Floreno-
rum monetæ et numeri polonicales per
mediam vexagenam computatorum in
litteris contractus expressorum spectant et
pertinent quorum omnium vasorum valis
hac est mediitas videlicet vasa Tria milia
Trecenta octuaginta septem quartale unius
vasis pro quibus provenerunt in Summa
Tria milia Trecenta octuaginta septem Mar-
ca grossi duodecim pro unaquoque vase per
marcam Polonicalem computando. Quæ mar-
cæ pradictæ faciunt Quinque milia Qua-
dringentos decem novem florenos Polonicales
per mediam vexagenam et grossos decim octo
Qui floreni in toto pro parte Sacræ Regiæ Ma-
jestatis pertinent, ad quorum rationem ipsi do-
mini Thorunenses vaper quinque Quittan-
tias Lupparij procuratorumque ejusius valis
dederunt in effectu Duo milia Septingentos
Quatuordecim florenos Polonicales per tri-
ginta grossos, quas omnes Quittantias

Quinque

Quinque prædictas ipse ego suscepi et levavi de
manibus ipsorum duorum Civium Mihi autem
tradiderunt duo milia septingentos Quinque flo.
renos similiter polonicales monetæ et ex decem o-
cto hoc est residuum Summæ pro Sacra Regia
Majestate spectante. De quibus omnibus pecuniis
prædictis et per me perceptis, et super quittanz ex
xtraditæ videlicet de quinque millibus Quadringen-
tos decem novem florenis et decem octo ex eos-
dem Dominos Thorunenses quieto per præsentes.
recognosco insuper me recepisse et levasse ab eis-
dem civibus Florenos polonicales Triginta grossos
septem imo ad rationem duodecim Bancorum va-
lis, quos ipsimet Domini Cives impensa labo-
reque suis ex Civitate Juniviadoslaviensi in Civi-
tatem Thorun duxerant, de quibus pecuniis si-
militer eosdem quieto præsentibus Quamprimum
autem ad Sacram Regiam Majestatem per-
veniero promitto ipsis Dominis Thorunensibus
subordinare mittereque quittantiam Sacræ Re-
giæ Majestatis manu ipsius Majestatis sub-
scriptam Tenore cujus De Summa tota

prædicta

prædicta per Majestatem suam quietaburtur ha-
rum quibus Sigillum meum est subimpressum
testimonio literarum Datum in Thorun feria se-
cunda proxima post festum Sanctæ Zophiæ Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo.

Subdapiferatus Gostinensis

Dominico

Anno quo supra Cracoviæ feria Secunda an-
te festum Sancti Joannis Baptistæ proximo
Datus est Subdapiferatus terræ Gostinensis
Generoso Joanni Szczawinski per suffectionem Ge-
nerosi Petri Szczawinski ad pincernatum Go-
stinensem vacantem libera in forma Can-
cellariæ data.

Confirmatio Decreti Commissarij inter Andream Choczunowski et oppidanos de Przedborz.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia
Generosus Andreas Choczunowski Tenuta-
rius Bonorum Nostrorum Przedborz acce-
dens Majestatem nostram exhibuit coram
nobis

nobis certum Decretum per certos Commissarios nostros, inter ipsum Andream Choczunowski Tenutarium ab una, et Providum Proconsulem. et Consules totamque communitatem oppidi Przedborz tenuta sua parte ab altera, partibus ipsis ad omnia in ejusmodi decreta contenta hinc inde libere consencientibus latum, petens illud per nos approbari et confirmari; Cujus Decreti Commissarij tenor sequitur. Nos Vospi. vek do Skotniki Tribunus major et Jacobus de Cruszow Judex terra Siradiensis Judices Commissarij per Sacram Regiam Majestatem partibus infrascriptis specialiter dati et deputati significamus tenore presentium, ecto Quomodo Anno Domini Millesimo Quingentesimo decimo feria secunda in die divisionis Apostolorum in Przedborz in Castro seu Curia Regali in Judicio Commissario sedentes inter Generosum Andream Choczunowski Tenutarium prefati Oppidi Przedborz ex una, et Providos Proconsulem et Consules Nec non totam communitatem ejusdem oppidi Przedborz partibus

tibus ex altera De conversu mutuo prafatarum
partium ac auditis earum propositis et respon
sis et diligenter examinatis in hunc modum
sententiam tulimus. Imprimis decernimus.
Quod prafatus Dominus Andreas Tenutarius
brasea emensurata vendens oppidanis non in
alio choro mensurare scilicet nisi in eo qui est
emensuratus in choro Chanczniensi qui chorus
justam et debitam mensuram in se continens
debet servari in pretorio aut in molendino Castri
seu Curia Regali. Item oppidani debent accipe-
re quatuor choros Brasei emensurati men-
sura simplicis alias rowno Item prafa-
ti oppidani quemlibet chorum debent solve-
re ultra fortun commune per mediam alte-
ram gl quod Braseum comparatur in foro
communi. Item nullus atali brasco debet da-
re mensuras alias maz in molendino ejus-
dem Domini Tenutarij. Item invenimus et
decernimus. Quod Dominus Tenutarius pra-
fatus non debet vendere alia brasea nisi e-
mensurata ex Braseis Przedborz nec aliunde
adducta

adducta sive de villis sive de prædijs ejusdem Do-
mini Tenutarij confecta. Item Brasea hmoi ipse
Dominus Tenutarius non debet servare ad annum
sed duntaxat ad duo tempora videlicet pro Do-
minica Lætare et pro festo Sancti Kiliani ne e-
vaporarentur hujusmodi brasea que brasea
dicti oppidani debent accipere ad prafata tem-
pora superius descripta. Item decernimus quod
iidem oppidani debent et tenebuntur tres cur-
rus adducere iubete pro reformatione aggeris u-
na vice tum per annum, quando per eundem
Dominum Tenutarium avisati fuerint. Item
decernimus quod iidem oppidani debent et te-
nebuntur ne ad reformandum piscina quando
violentia fuerit, per incursum seu impetum a-
qua quando proclamatum fuerit, Item omnia
et singula per nos Commissarios inventa et
decreta partes pradicte subdiderunt se libere,
tenere et observare sub panis viginti Marcarum
vadij, Et si qua pars tenere et observare noluerit
et se cittare ad Castrum Chonginense seu ad Iu-
dicium

dicium Chancinense permiserit extunc in pri-
mo termino tanquam peremptorio pro hmõ
vadio interposito Recedentz a jure et Juditio Regia
Majestatis et quibusvis Juribus suis et privilegijs
quorumcunque ipsis datis et per Regiam Maj-
statem largitis, et se juri castrensi Chancinensi in-
corporando parere debet et tenebitur. Nullis litteris
Regalibus se excipiendo vel alijs coloribus et adin-
ventionibus se protegendo Sed hoc quod in subsidi-
um haberi deberet hoc sibi in damnum venire de-
bet, et pars tenens poterit partem non tenentem
condemnari in primo termino tanquam in
peremptorio pro prafato vadio superascripto.
Nos igitur Sigismundus Rex petitionibus ipsius
Domini Tenutarij acquiescentes attendentes pra-
sertim quod prainvertum Decretum de con-
sensu partium est factum promulgatum et
conscriptum Illud in toto ejus tenore de certa
scientia specialique gratia Regijs nostris fir-
mandum, approbandum et ratificandum du-
ximus Confirmamusque et approbamus

prasentz

praesentibus Decernens illud tamdiu debita firmitatis robur obtinere quamdiu ipse Chorzinowski Tenutarius illorum bonorum existit harum quibus eid Datum Cracovie feria Quarta ante festum Sancti Joannis Baptista proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo Regni vero nostri anno sexto.

Relato Magni Chriži de Schydłowiecko.

Anno et loco quibus supra feria quinta in Vigilia Visitationis Marie dedit Sacra Majestas libertatem excidendi robora et ligna in nemoribus et silvis regalibus Cmetonibus quinque Venerabilis Nicolai Barthinczki Custodis Plocensis, et Plebani in Wiskitki ibidem de Wiskitki noviter locatus qua quidem libertate gaudebunt hinc ad beneplacitum Regiae et mandavit sua Majestas Capitaneo pro tempore existenti Sochaczowiensi, ut non interdicat silvas et nemora eorumque usum Cmetonibus praedi-

dis

cis.

Littere Sigillate sunt apd D. Cancellarium

Georgio Conopeczki

Anno et loco quibus supra feria quarta infra octavas Visitationis Marie Datus est consensus Generoso Georgio Conopeczki chmen sortes Lille Leijssaw de manibus Hermani et Joannis Pekaw, quamquidem Villam ins regiq gratia ad vitam tenebit cu Littera Date in forma Cancellaria.

Ebrehardus Proconsul Gedanensis.

Anno loco et die quibus supra Villas Callen Bogrin Schonmalt et Schonwois in Districtu Gedanensi villas Sacra Majestas Regia Famato Ebrehardo Ferbra Proconsuli Gedanensi et Dictarum villarum Tenutarij ad tempora vite sue extrema tene-

re

re concessit commendam quarum nemo quorumcunque statum et conditionum etsexum eximet nisi ipsa Majestas Regia propriis pecuniis eximere vellet.

Privilegium Molendinum iuxta villas Szwieczye in districtu Radzinensi.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæque etc. Dominus et Hæres. nec non terrarum etc. Significamus tenore præsentium etc. Quia quemadmodum Magnificus Joannes de Dambrowka Palatinus Culmensis et Tenutarius bonorum Nostrorum Radzin Molendinum in fluvio Bsa juxta villam Szwiczi in districtu Radzinensi situm pro meliori conditione dictorum bonorum Radzin construxisset, Quod quidem molendinum Labo-

rioso Joanni Bystro et suis legitimis successori-
bus perpetuo dedisset et donavisset prout et im-
punitiarum ipse Joannes ejusdem molendini
vigore donationis illius est possessor et Rector
ratione cujus molendini praedictus Joannes molen-
dinator et sui legitimi Successores duos lastas alias
lasti farmarum sigilinis, curiae pro mensa Re-
gia singulis annis dare et solvere pro quolibet
festo Sancti Martini debet tenetur. Sed quia
praedictus Palatinus desuper a nobis privilegium
pro parte dicti Joannis expedire promiserat, sup-
plicavit igitur nostre majestati et hanc donatio-
nem et ordinationem taliter per ipsum factam
approbare et confirmare hoc nostrum privilegi-
um novum dignaremur, Nos animadverten-
tes conditionem bonorum illorum nostro-
rum ita esse meliorem praedictum molen-
dinum juxta villam Szwicze ipsi Joanni
et suis legitimis successoribus molendina-
tori dandum donandum et inscribendum
De certa scientia et singulari benignita-
te.

te regia duximus damusque donamus et
inscribimus praesentibus per ipsum Joannem
molendinatorem et ipsius legitimam posteritatem
molendinum praedictum cum omnibus utilitati-
bus fructibus prout ab antiquo fuit tenendum ha-
bendum regendum et disponddum pacifice et
quiete cum omni jure et dominio possidendum
ac dandum donandum vendendum alienandum
et in usus suos et successorum ipsius beneplaci-
tos nostro tamen consensu speciali ad id me-
diante convertendum tenore praesentium medi-
ante. In eoque grana cujusvis generis molend
perpetuo et in avum jueribus tamen nostris re-
galibus per omnia semper salvis. Ratione
cujus molendini praefatus Joannes et succes-
sores sui legitimi juxta ordinationem per
praedictum Palatinum priius factam et hac
tenus observatam nobis et successoribus no-
stris duas lasti farmarum ad festum San-
cti Martini quolannis dare et solvere tene-

bitur

bitur realiter et in effectu exsadere tenebitur et de-
bebit in perpetuum tenore praesentium median-
te. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum
praesentibus est appensum Datum Cracoviae fe-
ria quarta ante festum Sancti Kiliani Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni vero nostri anno sexto Praesentibus ibi-
dem Reverendo in Christo Patribus Dominis,
Joanne Cracoviensi Erasmo Plocensi Mathia
Premisliensi Episcopis et Regni Poloniae
Cancellario Nec non Magnificis Venerabi-
libus et Generosis Nicolao de Camieniecz
Palatino et Capitaneo Cracoviensi ac Exer-
citum Regni nostri Campiductore generali,
Christophoro de Schydtowiecz Sandomiriensi
et Regni Poloniae Vice Cancellario nec non
Siradiensis Gostinensis Sochaczoviensis etc
Capitaneo Nicolao de eadem Schydtowicz
Radomiensi, Castellanis, Andrea de Janczin
Biecensi Castellano, Andrea de Coszyczkiez

Regni

. Regni nostri Thesaurario, Raphaele de Leschno
Capitaneo Slochovienvi, Joanne Latalski Gneznen-
si Cracovienvi et Lancicienvi praeposito, Petro Tho-
meczki Decretorum Doctore, Joanne Carekowski
Sandomirienvi Canonico, Stanislao Goreczki pra-
posito Calisienvi, Secretarijs nostris Caterisque Do-
minis officialibus et Curiensibus nostris. Datum
per manus ejusdem Magnifi Domini Christo-
phori de Szydłowicz Vicecancellari qui supra etc.

Super lacum Druzna

Sigismundus Dei gratia Rex Polonia etc
Significamus etc Quia cum ad intercessionem
Magnifici Christophori de Szydłowicz etc pro
parte Famati Joannis Bothenhol Civis et Consu-
lis Elbingensis fidelis Nostri dilecti tum quod
ipse Joannes varias legationes pro Republi-
ca illius Civitatis Nostra frequenti apud nos obi-
re non dubitavit, vibi perpetua lacum nostrum
Druzna nuncupatum cum omnibus ejus
utilitatibus

utilitatibus honesto Digno que pretio alias cenzu
annuo, quem lacum nunc famosus Joannes
Hallebreichel per modum arenda tenet et posi-
det conducam alias arendare dignati sumus, prout
jam exnunc presentibus litteris nostris de certa scien-
tia et voluntate nostra per medium dispensatoris no-
stri Castri Margemburgensis, generosi Joannis
Balinski Castellani et Notarij nostri fidelis dilecti,
ejusmodi lacum Druzna ipsi Joanni Butenhol
ad decursum quinque annorum se immediate
sequentium arendandum committimus et man-
damus. Quo circa tibi Generoso Joanni Balin-
ski Castellano Ripinensi Notario ac dispensato-
ri nostro committimus presentibus mandan-
tes, ut predictum lacum Druzna ipsi Joanni Bu-
tenhol civi Elbingensi a pte quo arenda pre-
dicto Joanni Hallebrechel expirarunt pretio
seu censu annuo, sic quod esset absque dimi-
nutione et detrimento bonorum nostrorum
conveniat et arendas ad quinque annorum
se se immediate sequentium decursum, per

ipsum

ipsum Joannem et suos successores ad decur-
sum quinque annorum predictorum lacum
predictorum taliter conventum et arendatum
cum omnibus utilitatibus fructibus tenendum
habendum regendum prom̃endum disponendum
pisces inde omnis generis omnibus modis prout
melius poterit excipiendum, Ita tamen quod ipse
Joannes, dat⁹ius est operam in lacus prad⁹tis
aliquo destruatur vel qualitercunque sive opera
sive negligentia alicujus mundetur usque ad
predictorum quinque annorum decursum te-
nore presentium mediante, harum quibus ecto
Actum et datum Cracovie Feria quarta ante
Kiliani Anno Domini Millesimo Quingente-
simo duodecimo Regni vero nostri anno sexto.
Magnificus Joannes de Dam-
browa Palatinus Culmensis Do=
mina Eufemia uxori sua ecto omnia
bona sua ecto inscripsit.

Sigismundus

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ ecctt Si-
gnificamus tenore præsentium quibus ecctt
Quoniam Magnificus Joannes de Dambrowa
Palatinus Culmensis sincere nobis dilectus, co-
ram majestate nostra personaliter constitutus,
non compulsus non coactus nec aliquo devio
errore seductus, quinimo sanus mentet corpo-
re existens zeloque amoris affectus Magnifi-
cæ Eufenniæ consorti suæ legitimæ et filiæ genero-
si olim Hugonis de Smolangk Castellani Geda-
nensis sibi et pueris suis legitimis præsenti-
bus et futuris, ex eadem Eufennia procreatis
et procreandis, omnia bona sua mobilia videli-
cet aurum argentum, clenodia et movilia in mar-
garitis vel quomodolibet aliter confecta, vestes
cum tota sua supellectili domestica, pecora et
pecudes, nec non summas pecuniarum o-
mnes et singulas sibi et prædecessoribus suis
in et super bonis nostris Regalibus videlicet
oppido et castro, Radzin ac villis ad ea per-
tinentibus in terra Culmensi sitis, juste et
legitime

legitime inscriptas, dedit Donavit inscripsitk et
resignavit perpetuo et in avum, tali tamen
conditione specialiter adjecta, ut si aliquem vel ali-
quos predictorum ex ipsa Eufennia genitorum
puerorum mortem obisse contigerit, extunc sortes
prefatorum bonorum mobilium ad alios pueros
ex utroque parente prefato genitos, devolventur.
Casu vero quo omnes eorundem puerorum
ex utroque hmõi parente procreatorum morte de-
cedere contigerit, extunc omnia illa bona mobilia
superius expressa, non ad aliam personam quàm
ad ipsam Eufeniam Palatinam præfatam de-
volventur prescriptione consuetudinibus litterа-
rum nostrarum Prussiæ et contradictione alio-
rum Successorum quorumcunque post mortem
prefati Palatini derelictorum et derelinquen-
dorum sibi Eufennie Palatine et pueris ejus
prefatis, non obstante in punctis Quamquidem
inscriptionem modo premisso factam au-
ctoritate nostra Regia approbandam rati-
ficand

ficandum et confirmandum duximus, ratifica-
musque approbamus et confirmamus pra-
sentibus, decernens eam in toto ejus tenore robur
perpetuum habituram, harum quibus ecte Da-
tum Cracovie feria quarta proxima ante fe-
stum Sancti Kiliani Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Duodecimo Regni vero nostri an-
no Sexto.

Petrus Dentzman Notarius Terre-
stris Culmensis absolvitur a censi-
bus Regalibus.

Sigismundus ecte Significamus ecte. Quia nos
in prospectu habentes fidelia et fructuosa obse-
quia Spectabilis Petri Dentzman de Cawiren
Notarij terrestris Culmensis, quibus se nobis
reddidit et in dies studet reddere officiosissime
commendatum. Nec non ad instanz praca
Consiliariorum nostrorum, nupius Magni-
fici Joannis de Dambrowa Palatini Culmen-
sis, nobis sincere dilecti, pro parte ipsius

nobis

nobis porrectas ipsum et ejus legitimos Succes
sores de certa scientia et benignitate Regijs no-
stris ab omnibus censibus nostris, quos nobis pro
mensa nostra Regia de duobus mansis agri
quos possidet in oppido nostro Radzin in terra
Culmensi vitis de veteri institutione solvere con-
sueverat absolvendum et liberandum duxi-
mus absolvimusque et liberamus quantum
ad istos duos mansos agri prafati perpetuo et
in evum, Mandamus omnibus et singulis di-
gnitarijs et officialibus nostris terrarum Prus-
sie ut ipsum Senum Notarium et ejus legi-
timos successores de censu nostro prafato
ex ijsdem duobus manssis agri proveniен-
te impetere non audeant. Seus pro gratia
nostra facere non curent, harum quibus
Sigillum est Datum Cracovie feria quar-
ta ante festum Sancti Kiliani Anno Do
mini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni vero nostri Anno Sexto.

Consensus

Consensus Petro Baryn Proconsulis Elbingensis redimendi villas Kunradswalt et Reichnaw de manibus Venerabilis Capituli Varmiensis.

Sigismundus Dei gratia Rex ectt Significamus ectt. Quia ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum pro parte Famosi Petri Barin Proconsulis Elbingensis fidelis nostri dilecti, ad nos factam sibi villas nostras Kunradswalt et Reichnow in districtu Tollikmethen, villas De manibus Venerabilis Capituli Varmiensis redimere idque si Reverendus Dominus Fabianus de Lusianis electus aut Capitulum predictum Ecclesie Varmiensis in hoc ipsi Petro non contravenerit hoc est sub grati habitione dictorum Electi et Capituli consenciendum et admittendum duximus prout de certa scientia et singulari benignitate Regijs nostris consentimus et admittimus presentibus litteris nostris, Ita tamen

men quod summe pecuniarum in dictis vil-
lis justa et legitime inscripte non augeantur
per ipsum Petrum et ipsius successores legitimos
villas predictas iuxta vim tenorem et continen-
tiam, litterarum originalium desuper juste et le-
gitime datarum tenendum habendum utifruendum
pacifice et quiete possidendum usque ad exemptio-
nem per nos vel successores nostros faciendam,
Qua facta possessio dictarum villarum ad nos
et successores nostros devolvetur jure pleno juribus
et stationibus regalibus semper salvis, pretexta
uberiori prarogativa dictum Petrum ornare cu-
pimus de singulari benignitate nostra, promittimus
et presentibus pollicemur quod dictum Petrum
et suam legitimam consortem Zophiam de villis
predictis nec non subditorum nostrorum cu-
juscunque status sexus et conditionis fuerint
exemere consentiemus neque admittemus us-
que ad extrema dicti Petri et Zophie uxoris sua
vite tempora nisi nos vel successores nostri dum

ipsi

ipsi bona pro nobis et mensa nostra habere volu-
erimus proprijs pecunijs exemimus, harum qui=
bus etc Datum Cracovia feria sexta proxima
post festum S. Kiliani Millesimo Quingentesi-
mo Duodecimo Regni nostri anno Sexto

Relata Magg: Christophori
q supra.

Confirmatio Privilegii super Ad=
vocaticam in Crosno.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam. Nos Sigismundus etc Signifi=
camus etc Quod accedens ad conspectum Ma-
jestatis nostre Magnificus Nicolaus de Ca=
minicz Palatinus et Capitaneus Craco=
viensis et Regni nostri Campiductor generalis
Sincere nobis dilectus, exhibito coram nobis
privilegio infrascripto de titulo et sigillo Se-
renissimi Principis Principis Domini olim
Casimiri Polonie Regis Avi et predecessoris
nostri super Advocatiam Crosnensem con-

cessum

cessum. Cujus Advocatia Crosnensis ipse Ma-
gnificus Nicolaus Palatinus hæres et possessor
indubitatus existit supplicavit nobis humiliter
quatenus illud innovare confirmare approbare
et ratificare dignaremur. Cujus tenor sequitur.
In nomine Domini Amen. Dignum esse dino-
scitur ut venditiones emptiones et resignationes
coram Regum munificentia facta solenni titu-
lo litterarum et fidedignorum testimonio ad per-
petuam memoriam reducantur. Proinde nos
Casimirus Dei gratia Rex Polonia Nec non
terrarum Cracovie Sandomirie Siradie Lan-
citie Cujavie Pomeranie Russieque Dominus
et hæres Notum facimus presentibus et futuris
quibus expedit universis. Quod in nostra et Ba-
ronum nostrorum accedens presentiam discre-
ti viri nostri fideles Michael et Jacussius de
Crosna Advocati sani mente et corpore exi-
stentes no coacti sed de bona ipsorum
voluntate, Advocatiam ipsorum predictam

in

in Crosno cum omni jure et Dominio ac o=
mnibus et singulis utilitatibus ad eandem
spectantium Discreto vero Jesichoni de Ihar=
now et suis legitimis Successoribus Pro tre-
centis marcis grosorum Dragenvium Quadra-
ginta Octo marcq facien, vendiderunt et per-
petuo resignaverunt per ipsum peschonem et
ejus posteros perpetuis temporibus jure hereditario possidendam Reclitus autem infrascriptos
hereditabit perpetuo videlicet octo mansos libe-
ros unum balneum Macella carnium
Cameras pannorum pannum Sutorum Fa-
brorum Quotquot fieri possunt libera molendi=
num vel molendina, quotquot plura prout fa-
cere infra limites predicte Civitatis et adja-
centijs ad eandem in fluvijs Wiloka et Luba-
chana, ita infra limites dicte Civitatis quod
nullus debet habere molendinum nisi ipse a-
Duocatus et sui Successores, utilitatem in orte
extra Civitatem Fertium denarium de judi=

cio

cis in panis tam magnis quam parvis
duobus Duntaxat pro nobis et nostris
posteris reservatis Sextum denarium de Censa
piscivas quotquot facere potest in limitibus
predicte Civitatis. Licebit quoque predicto Advo-
cato piscari in fluvijs predictis mellifitia
facere extra Civitatem in mansis ipsius, et alias
quascunque utilitates et omni jure uti secun-
Dumque ipsum Jus Theutonicum postulat et
requirit Mactatorium Carnium quot Cutlow Dr
et ut nullus presumeat piscari pisces infra li-
mites predicte Civitatis nisi piscator advocati,
et ut melius memorata Civitas ad finem lo-
cari valeat omnibus civibus et cmetonibus in
Dicta Civitate, et adjacentijs ipsius locandis a
data presentium infra spatium unius anni
ab omnibus nostris solutionibus et servitijs
plenam concedimus libertatem. Qua elapsa
estunc Cives et Cmetones de quolibet man-

so perpetuo Tres vertones ratione cervisie, et
tres solid pro Decima nobis et nostris Succesori-
bus plebano vero unum vcottum, Item de quali-
bet arca et de ortis unum vcottum nobis ratio-
ne honoris singulis annis in festo Sancti Mar-
tini solvere tenebuntur. Excipimus tamen qd
Advocatus et posteri ipsius nobis et nostris
Successoribus hominem unum galeatum cum
armis, et alium cum balista, ad expeditionem
generalem mittere debet. Praterea eximimus
predictum Advocatum et posteros ipsius ab
omnibus et singulis Juribus et potestatibus
Palatinorum Castellanorum Judicum et Sub-
judicum universorum et ipsorum officialium.
Itaque coram eis vel coram aliquo cittatus
minime respondebit nisi in judicio nostro Theuto-
nico vicepredicto Cmetones vero et Cives coram
Advocato dicte Civitatis tenebuntur respon-
dere. In causis autem criminalibus quibus-
cunque predicto Advocato, et ejus succesori-
bus

ribus judicandi sententiandi puniendi et
condemnandi, plenam et omnimodam conce-
dimus facultatem prout ipsum Jus Theuto-
nicum postulat et requirit. In cujus rei testi-
monium sigillum nostrum presentibus est sub-
appensum. Datum Cracovie in Octava Sancti
Martini Confessoris atque pontificis Glorioси.
Sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexa-
gesimo Septimo presentibus Joanne Castellano
Andrea Palatino Cracoviensibus Petro Palatino
Sandomiriensi Predborio Subdapifero An-
drea Subjudice Cracoviens Bodzantha procuratore
generali et alijs multis fidedignis Datum per
manus Domini Joannis de Czarnkow Canter
Volan Vice Cancellarij nostri, scriptum autem per
Michilkonem Cancellariæ Cracoviensis Notarium.

Nos itaque Sigismundus Rex petitionibus
predicti Magnifici Nicolai Palatini et Capi
tanei Cracoviensis acquiescentes cognoscen-
tesque premissorum Privilegium tametsi

vetustate

vetustate absumptum, et in aliquibus rei par-
tibus a vermibus corrosum fuisse. Iustum tum
et omni suspitionis labe carentem Illud de cer-
ta scientia et singulari benignitate Majestatis
nostra, In omnibus ejus punctis clausulis ar-
ticulis, sententijs et conditionibus totoque ejus
tenore innovandum confirmandum approban-
dum et ratificandum duximus, Innovamus-
que approbamus confirmamus et ratifica-
mus praesentibus decernentes illud robur de-
bita perpetuaeque firmitatis obtinere tenore pra-
sentium mediante in avum In cujus rei te-
stimonium Sigillum nostrum praesentibus
est subappensum Actum Cracoviae feria Quin-
ta post festum Sanctae Margaretha Virgi-
nis proxima Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo Duodecimo Regni vero nostri anno
sexto praesentibus Reverendis in Christo Patri-
bus ceto prout proxime supra testibus ipso La-

Latino

latino excepto. Datum per manus prefati
Magnifici Christophori de Schydłowiecz Castella-
ni Sandomiriensis et Regni Polonie Vice Cancella-
rij Siradiensisque Sochaczoviensis Gostinensis
ecclie. Capitanei &c

Confirmatio
Consensus super Advocatiam Cro-
snensem.

Sigismundus ecclie. Significamus ecclie. Quia ac-
cedens ad Majestatem nostram Magnificus
Nicolaus de Camieniecz Palatinus et Capita-
neus Cracoviensis ac Regni nostri Campi-
ductor generalis Exhibuit coram nobis Litte-
ras consensus per fraternam Sim Majes-
statem Serenissimi Domini Joannis alberti
Polonie Regis ecclie predecessoris nostri super
exemptione Advocatie Generoso Joanni Ca-
mieniczki Curiene, cuo Majestatis conces-
sas, petens illud propterea quod a vernic-
ulus

bus corrosa erant innovari confirmari commen-
dari et ratificari. Quarum tenor sequitur talis —
Joannes Albertus Dei gratia Rex Polonie Su=
premus Dux Lithuanie Russie Prussiaque Domi-
nus et hares etc Significamus etc Quia attentis
servitijs Generosi Joannis Camieniczki Curien-
sis nostri quibus se nobis plurim dedidit com
mendatum sibi et fratribus suis germanis Advo-
catiam hereditariam in oppido nostro Krosno e=
mere de manibus heredum ejusdem Advocatia
consensimus et admisimus. Consentimusque et
admittimus tenore presentium mediante per
illum vel illos et ipsorum legitimos Successores
Advocaticam predictam cum omni jure domi-
nio et proprietate nihil excipiendo iuxta pri-
vilegium ejus tenendum habendum utifruen-
dum et quite possidendum, donandum dan-
dum commutandum vendendum et in usus
suos convertendum prout illis vel illorum
Successoribus melius et utilius videbitur. Iu-
ribus nostris Regalibus semper salvis harum

quibus

quibus Sigillum ctt: Datum Poznanie feria Se-
cunda in crastino Festi Nativitatis Beatissime
Virginis Marie Anno Domini Millesimo,
Quadringentesimo Nonagesimo tertio Regni
Nostri Anno primo. Primq Scilicet Relatio Vene-
rabilis Georgij de Labranicz Regni Polonie Vi-
ce Cancellarij. Nos itaque Sigismundus petitio-
nibus dicti Palatini annuentes litteras ejusmo-
di Consensus de certa nostra sciencia et spe-
ciali gratia innovandum confirmandum
ratificandum commendandum et appro-
bandum duximus. Innovamusque approba-
mus confirmamus et ratificamus pre-
sentibus decernentes illas robur debite firmi-
tatis obtinere tenore presentium mediante,
harum quibus etd Datum Cracovie feria
quinta post festum Sancte Margaretha
virginis proxima Anno ut supra etd.

Donatio

Donatio aree in suburbio Piotr=
coviensi Domino Palatino Ruf=
sie....

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia
habentes rationem benemeritorum Magni-
fici Joannis Odrowąsch de Sprowa Palatini
terrarum Russie generalis et Capitanei Sam-
boriensis vincere nobis dilecti sibi aream in
suburbio Piotrcoviensi inter stabulum Nostrum
et Curiam Magnifici Joannis de Tarnow
Palatini Sandomiriensis iacentem procedi-
ficanda curia de certa scientia et singulari
benignitate Regijs nostris demonstrandum
dandum et concedendum duximus, demon-
stramusque damus et concedimus prae-
sentibus. Ita tum quod haec donatio aree con-
terminis nihil proindicet per ipsum Joan-
nem aream predictam et Curiam in ea con-

struendum

Struendum tenendum habendum utifruen-
dum pacifice et quiete possidendum usque
ad tempora vite sue extrema, vel alterius
melioris curie assecutionem harum quibus
ecto. Datum Cracovie feria tertia proxima
ante festum Sancte Marie Magdalene Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni nostri anno Sexto.

Relatio M. Christophori ecto.

Resignatio certorum bonorum
Domine Anne de Tharnow
Lyganzinae.

Sigismundus Dei gratia ecto significa-
mus ecto Quomodo Generosus Spitha de
Tarnow Palatinus Cracoviensis coram
majestate Nostra personaliter constitutus
non compulsus non coactus nec ali-
quo dolo error seductus, quin imo sanus
mente et corpore existens, matureque
Deliberans

deliberatione prahabita ac sponteanea sua
voluntate publica et per expressum recogno-
vit quia Generosa Anna de Tarnow relicta
Generosi olim Joannis Liganza de Bobrek
aviete sue et prie germane Zelo amoris
in eam permotus, totas et integras villas
suas hereditarias videlicet Radzimize et Wola
in terra Cracoviensi sitas cum omnibus et
singulis utilitatibus fructibus proventibus
redditibus et obventionibus universis nullis
exceptis et exclusis, ad easdem villas pra-
fatas quomodolibet spectantium et perti-
nentium ac cum omni jure et toto domi-
nio quo solus easdem villas tenuit ha-
buit et possidebat, inscripsit et coram nostra
Majestate vite et rationabiliter resignavit, per
ipsam Annam prafatam villas predictas
tenendum habendum utifruendum pacifi-
ce et quiete possidendum duntaxat ad
extrema vite ejusdem Anne tempora.

Jua

Quas quidem Anna prefata vita defuncta
villa prescripta ad ipsum Spitconem supe-
riis expressum et ipsius legitimarios Succes-
sores pleno jure devolvi debebunt et rever-
tentur, prescriptione terrestri sibi Spitoni et
ejus legitime posteritati non obstante in
premissis, Quamquidem nos inscriptionem
sic ut profertur factam, ratam et gratam,
habentes, auctoritate nostra Regia approban-
dum ratificandum et confirmandum duxi-
mus, approbamusque ratificamus et con-
firmamus Decernentes eam robur debite
firmitatis modo premisso habituram teno-
re presentium mediante, In cujus rei te-
stimonium etc Datum Cracovie Sabba-
to proximo ante festum Sancte Margare-
the Virginis Anno Millesimo Quingentesimo
Duodecimo

Relatio M. Christophori etc

Sigismundy

Sigismundus Dei gratia etc̃ Significamus etc̃
Quomodo Generosa Anna de Tarnow relicta o-
lim Joannis Liganza de Bobrek coram Maje-
state nostra constituta per expressum recognovit,
quia possessioni villarum Cobylniki et Manikow
hereditariarum in terra Sandomiriensi consi-
stentium, quas habuit a Generoso Spitrone de
Tarnow nepote suo ex fratre germano ad tem-
pora vitae suae jampridem sibi arrendata in
personam ejusdem Spitronis ex certis respectibus
renunciavit, eamque sibi in toto ac effective dimi-
sit, cum omni jure nullo excipiendo, per ipsum
Spitronem et ejus legitimos Successores villas
prefatas juxta continentiam inscriptionis sibi
factae, perpetuo possidendas cassandas et mor-
tificandas prout et mortificabit ipsa Anna
inscriptionem suam, arendationem hmã bono-
rum praedictorum continentem quacunque-
dem inscriptionem arenda sic ut praefertur,
mortificata, nos auctoritate nostra regia
decernimus

decernimus nullius deinceps roboris esse, tenore praesentium mediante, harum quibus etc

Datum Cracoviae feria Secunda ante festum Sanctae Margarethae Anno. Millesimo Quingentesimo Duodecimo.

Relatio M. Christophori etc

Donatio certarum villarum Venerabili Joanni Sculteti Archidiacono et Canonico Varmiensi.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Dei gratia etc Significamus etc Quia habentes rationem virtutum ac meritorum Venerabilis Joannis Sculteti Sacrarum litterarum professoris, Archidiaconi et Canonici Ecclesiae Varmiensis, quibus se nobis reddidit commendatum, horumque intuitu volen-

tes

tes ipsum reddere consolatum, ut alij ejus exempło ad virtutes capessendas, et servitia nostra, reddderentur promptiores, ipsi duas vil. las nostras, alteram honigfelt ad presens desertam, et penitus incultam, quinquaginta mansos in se continentem, et duos lacus parvos ad eandem villam spectanz Catern et Weissen see incorporat, Alteram vero Eltrichsdorff appellatam, partim cultam, partim vero incultam et quinquaginta mansos in se habentem, ad aram et castrum nostrum Stom ex antiquo spectanz, dedimus et contulimus damusque Donamus et conferimus tenore presentium mediantz per ipsum Joannem Sulcetum et ejus legitimos Successores sexus masculini, cum omni jure dominio et proprietate, Nec non censibus fructibus redditibus provenz agris cultis et colendis, extirpatis et exterpandis

dis

dis locatis et locandis, campis pratis pascuis,
arcis, ortis, silvis, nemoribus, mericis indagi-
bus, venationibus, aucupationibus, mellificijs,
piscarijs, piscaturis, lacubus, fluvijs, flumini-
bus, molendinis et eorum emolumentis, sar-
cis, mineris, stationibus et alijs quibuscunq per-
tinentijs et obventionibus universis, ad villas
prædictas quomodolibet ex antiquo spectanti-
bus, quomodocunque nuncupatis, nullis ex-
clusis aut pro nobis quoquomodo reserva-
tis, quæ nunc sunt, et in futurum fieri pos-
sunt, ita late et longe prout eadem villæ
in suis metis et finibus, ab alijs sunt divin-
ctæ et limitatæ, tenendum habendum uti-
fruendum pacifice et quiete Jure feudali
perpetuo possidendum, et obtinendum, dan-
dum donandum vendendum commutan-
dum obligandum alienandum et in ipsi-
us Joannis Sculteti, ejusque legitimorum
Successorum

Succesſorum ſexus maſculini, usus benepla-
citos convertendum, prout ipsis melius et u-
tilius videbitur expedire, nostro tamen et Suc-
cesſorum nostrorum consensu, ad hoc speciali-
ter requisito, et obtento. De quibusquidem duo-
bus villis supradictis, prefatus Joannes Sub-
tetus et ejus Succesſores legitimi, nobis et no-
stris Succesſoribus in quantibet bellica expedition
ad quam nobiles terrarum nostrarum Prus-
sie, ire contigerit, uno Sagittario armato, in
equo valenti cum balista servire tenebitur
et tenebuntur, in perpetuum harum quibus
cclb. Actum et datum Cracovie Sabbato
proximo post octavas Visitationis Virginis
Marie Anno Domini Millesimo Quingen-
tesimo duodecimo. Regni vero nostri An-
no Sexto. Presentibus ibidem Reverendis
in Christo Patribus dominis Joanne Craco-
vien[si] Erasmo Plocen[si], Mathia Premislien-
si, et Regni nostri Cancellario, Nicolao Chel-

mensi

mensi, Episcopois, Nec non Magnificis Venerabi-
libus et Generosis Spitcone de Jaroslaco Castel-
lano Cracoviensi, Nicolao de Camieniecz Craco-
viensi, et Campoiductore exercituum Regni no-
stri generali, Nicolao Fixley de Dambrowicza
Lublinensi Palatino, Christophoro de Szydtowicz
Sandomiriensi et Regni Poloniæ Vice Cancellario,
Siradiensi Sochaczoviensi et Gostinensi Capita-
neo, Nicola Jordan de Zakliczin Visliciensi, An-
drea de Thanczin Brecensi, Georgio Krupski Bl-
zensi, Martino de Skothniki Zawichostensi Ca-
stellanis, Andrea do Cosziclecz Regni nostri The-
saurario, Scepusiensi, Oswiacimiensi, Inowladi-
slaviensi, Sandecensi, Bidgostiensi, et Capitaneo
Zuppariio et procuratore Cracoviensi generali,
Joanne Latalski Gneznensi, Cracoviensi Lanci-
ciensi Ecclesiarum preposito Leno Thomiczki
Decretorum Doctore, Cantore Gneznensi et Ar-
chidiacono, Joanne Karnkowski, Scolastico San-
domiriensi, et Canonico Cracoviensi, Stanislao
Goreczki

Goreczki Preposito Calissiensi et Canonico Po-
znaniensi, Raphaele de Leschno Capitaneo Ilo-
chouiensi, Stanislao Tarlo de Szczekarowicze Ma-
gistri Curie Illustrissime Principis Domine
Elisabeth Reginule Polonie, Sororis Nostre Cha-
rissime, Stanislao Chroberski Incisore Nicolao
Bezycski Magistri Stabuli Curie Nostre Pisdren-
si, Coninensi ecto Capitaneo, et alijs quamplu-
rimis officialibus et aulicis nostris. Sincere et
fidelibus dilectis, Datum per manus prefati
Magnifici Christophori de Szydłowiecz Castel-
lani Sandomiriensis, et Regni nostri Vice Can-
cellarij. Sincere nobis dilecti.

Alo ejusd M. Dni Crofori
De Szydłowiecz ecto.

Nobilitatio Oswaldi Micha-
elis et Achaci Brant ger
manorum.

In nomine Domini Amen. Ad perpetu-
am rei memoriam. Nos Sigismundus Dei
gratia

gratia ectt. Quoniam inter humana commoda
nil majus nihilque utilius oc̃urri potest quam
homines virtute et re militari praestanz ab Regi-
bus et Principibus honestis praemijs decorari, ut
per hoc cateri mutatione eorum ad virtutes in-
citentur attentis itaque virtutibus ac benemeritis,
grate nobis dilectorum, Oswaldi Michaelis et A-
chaci Brant germanorum, fratrum patrueliu̇m
Venerabilis Joannis Sculteti Sacra Theologia Pro-
fessoris Archidiaconi et Canonici Eccl̃esiæ Var-
miensis devote nobis dilecti, quibus ve nobis redli-
derunt commendatas, cognitaque eorum in re
militari industria, ac in rebus aggendis dexterita-
te, ipsor eorumque legitimam posteritatem de
nostra Regia auctoritate et liberalitate, uno No-
biliu̇m de Nobili genere progenitorum, ascribe-
re et adjungere decrevimus, et Nobiles esse pra-
sentibus litteris decernimus, Concedenz eis fa-
cultatem, omnibus Juribus et libertatibus omni-
um nobiliu̇m gaudere et perfrui, perpetuo

et

et in aeum eisque arma seu nobilitatis in-
signia flammam ex igne prodeuntem ac in
Campo Albo—

Dedimus et donavimus, damusque et de no-
stra singulari gratia impartimur per praesentes
qualia his in litteris sunt depicta, Adicientes ut
his ipsis armis tanquam naturalibus omni-
bus modis quibus solent ceteri Nobiles sive in
militaribus sive alijs quibuscunque actionibus,
uti antur pingendo, sculpendo, prout illis videbi-
tur expedire. Nemo igitur temere audeat ipso-
rum honestati et nobilitati qua illos decora-
re voluimus quovismodo derogare, Cum o-
mnis nobilitas ab inicijs mundi Regum
semper et Principum auctoritate propter
merita et virtutes illis qua merebantur,
donata fuerit, et hereditario Jure singulis con-
cessa, si qui aliter ausu. In testimonium autem
hujus rei Sigillum nostrum praesentibus duxi-

mus

mus appendendum ett.

Consensus ad inscribendum censum annuum in Advocatia Ropczuzensi.

Sigismundus Dei gratia ecld Significamus Quia ad certorum Conciliariorum nostrorum Supplicationem nobis pro parte Zophie Nobilium Advocati in Ropczicze et filiorum ejus Joannis Stanislai et Nicolai Advocatorum ibidem in Ropczicze factam eidem et filijs suis predictis, Censum annuum quatuor marcarum pecuniarum moneta et numero Colonicalium quadraginta octo grossos marcam in quamlibet computando in et super Advocatia eorum hereditaria, ibidem in Ropczicze cuicunque persone Spirituali vel Seculari in Regno nostro titulo reemptionis fienda alias Nawidercoff pro centum marcarum pecuniarum

rum moneta et numeri polonicalium pra-
dictorum citra tum augmentum summarum
pecuniarum in dicta Advocatia juste et legiti-
me inscriptarum vel taxandarum vendere
et inscribere alias juxta exigentiam et natu-
ram conditionis contractus, sub censuris Eccle-
siarum singulis annis solvendum conversi-
mus et admisimus, consentimusque et admitti-
mus praesentibus litteris nostris, per illum cui
ejusmodi inscriptio facta fuerit hmõi censum
quatuor marcarum tenere habendi utifruendi
pacifice et quiete possidendum etin usus su-
os et libero arbitrio convertendum usque
ad exemptionem per ipsos Advocatos in
Ropczicze fiendam harum quibus est Datum
Cracovie ectl. Anno Domini Millesimo
Quingentesimo Duodecimo.

Libertas oppidi Bielsko.

Anno et loco quibus proxime supra feria
secunda

secunda post festum Sancti Jacobi ett Sacra
Majestas Regia dedit libertatem ab omnibus
exactionibus et contributionibus ac ab exac-
tione ducillorum tum pro duorum quarta-
lium decursum oppidanis tum damna pas-
sis oppidi Bielsko in terra Plocensi sitti ab
hinc ad decursum sex annorum se se conti-
nue et immediate sequentium Mandavitque
Sigismundo Laskegowski terra Plocensis exacto-
ri moderno et alijs pro tempore existentibus ut
de predictis oppidanis duntaxat damna pas-
sis, nullas exactiones exigat aut exigi mandit,
dati in forma Cancellarie solita.

Dos Domina Barbara de Spro-
wa.

Sigismundus ectt Significamus ectt. Quomodo
Generosus Janussius Szwirawski Capitaneus
Trebowliensis, et Tenutarius bonorum nostra-
rum

rum Ropczicze Secretariusque noster fidelis dilectus
coram Majestate nostra personaliter constitutus,
libere et per expressum recognovit. Quia Genero-
sa Barbara de Sprowa consorti sua legitima
Mille Florenos Hungaricales in moneta Poloni-
cali in Regno nostro currenti per mediam exa-
genam computatos ratione dotis, et alios mille
florenos similes ratione dotalicij in et super
medietate bonorum nostrorum Ropczicze a-
lias in Summis pecuniarum quas habet
super oppido nostro prefato Ropczicze, et vil-
lis ad illud pertinentibus in terra Sandomi-
riensi sitis sibi per nostros Antecessores jü-
ste et legitime inscripsit dedit dotavit et
inscripsit et assignavit per ipsam Barba-
ram et ejus legitimos Successores prefatam
medietatem bonorum nostrorum predicto-
rum in summis praescriptis dotis et dota-
licij cum omnibus et singulis utilitatibus

fructibus

fructibus proventibus redditibus et obven-
tionibus quomodolibet ad ipsa bona nostra per-
tinentibus juxta vim et continentiam litterarum
originalium super ipsa bona nostra juste et
legitime concessarum tenendum habendum
utifruendum pacifice et quiete possidendum
juxta consuetudinem terrestrem, casu vero
quo nos prefata bona nostra de manibus
ejusdem Barbara redimere voluerimus aut
Successores nostri voluerint extunc ipsa Bar-
bara in sola Dote duntaxat hoc est in mille
florenos prefatos debebit esse contenta quibus
receptis a nobis vel Successoribus nostris
solutos nihilominus per nos vel Succes-
sores nostros Successoribus prefati Ja-
nussij residuis Summis pecuniarum in
eisdem bonis nostris juste et legitime
inscriptis eadem bona ad nos et Succes-

sores

vores nostros redibunt pleno jure praeterea idem
Janussius recognovit, quia eidem consorti suo
zelo conjugali in eam permotus duas vestes
pellibus subductas praciosis, auro intextas,
et argentum pro centum florenis Hungarica-
libus per mediam sexagenam computatis nec
non medietatem omnium et singulorum de-
nodiorum suorum per eum nunc habi-
torum et in posterum habendorum dedit
donavit inscripsit et in perpetuum assi-
gnavit quibus ipsa gaudere et uti frui debe-
bit morte ipsius Janussij subsecuta. Quam-
quidem inscriptionem et donationem mo-
do premisso factas ratas et gratas haben-
tes Nos auctoritate nostra Regia ratifican-
dum approbandum et confirmandum
duximus ratificamusque approbamus
et confirmamus decernentes eas robur
firmum habituras tenore praesentium me-

diante

Diante harum quibus ett. Actum Cracouie feria Secunda ipso festo Sancte Anno Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Regni vero nostri Sexto. Presentibus ibidem Reverendis Magnificis et Generosis Erasmo Plocensi et Mathia Premisliensi Episcopis, Regnique nostri Cancellario Christophoro de Szydłowiecz Castellano Sandomiriensi Regnique Nostri Vice Cancellario Nec non Siradiensi Sochaczoviensi et Gostinensi Capitaneo, Andrea de Thanczyn Castellano Bicensi Andrea de Corzicleez Regni nostri Thesaurario Cupparie et Procuratori Cracouiensi generali, Nec non Supruiensi Cowiacimiensi Sandecensi et Iunioladislaviensi Capitaneo Stanislao de Chodecz Regni nostri Marsalco et Capitaneo Leopoliensi testibus circa premissa. Datum per manus prefati Christophori Vice Cancellarii ett Sincere nobis dilecti.

Martino

Martino Bril Civi Poznaniensi
convenit Sacra Majestas Regia
redimere molendinum in fluvio
Varta de manibus Honorabilis
Conradi presbiteri, et inscribere
in eo certam Dotem Barbare
Consorti sue. etc

Sigismundus etc Significamus etc. Quia nos
ad vota certorum Consiliariorum nostrorum
providos Martino Bril Civi Poznaniensi spe-
ciale gratiam facientes sibi tertiam men-
suram molendini nostri Castrensi in fluvio
Varta in platea pileatorum extra muros
Poznanienses sitti de manibus honorabi-
lis Conradi presbiteri filij olim Cuncze mo-
lendinatoris ejusdem molendini nostri Pozna-
niensis redimere consensimus et admisi-
mus consentimusque et admittimus te-

nore

nore praesentium mediante. Ita tamen quod in
ejusmodi redemptione Summa pecuniarum
in litteris originalibus praedicti molendini contenta
non augeantur per ipsum Martinum molendino-
rem hoc ipsum molendinum nostrum, cum omni-
bus et singulis utilitatibus pertinentijs redditibus
et obventionibus universis juxta vim et continen-
tiam litterarum originalium prafatarum, desu-
per juste et legitime concessarum tenendum ha-
bendum utifruendum pacifice et quiete possi-
dendum praterea convenimus conventimus-
que praesentibus sibi Martino Molendinatori no-
stro prafato in eadem tertia mensura, alias in
Summis pecuniarum in eadem tertia mensu-
ra, molendino molendini nostri prafati iuste et
legitime inscriptis, artam dotem pecuniarum
honeste Barbara consorti sue legitima inscri-
bere sicque Summa inscribenda non excedat
Summam principalem in litteris originali-
bus ut i praefertur contentam et expressam Iu-

ribus

ribus nostris Regalibus semper salvis harum
quibus ectt Datum Cracovie Sabbato proximo
ante festum Sancti Petri ad vincula Anno Do-
mini Millesimo ectt Duodecimo ectt

Relatio M. Christophori ectt

Donatio Joanni Wieczwien-
ski super Notariatum Plocen-
sem.

Sigismundus ectt Significamus ectt Quia dum
superiore tempore officium Notariatus terrestris
Plocensis per mortem et obitum Honorabilis o-
lim Stephani Bdgarski plebani in gordowo
in manibus nostris vacavisset fuerintque
tunc nobis quatuor persone idonee vist No-
bilis Nicolaus Wachcznivski Joannes Wiequin-
ski Tribunus modernus Plocensis Jacobus
Szdarski et Jacobus Lippowicz per univer-
sam terram illius nobilitatem de veteri con-
suetudine ad hoc idem officium electe nomi-
nate presentateque quorum quidem electo-

rum

rum predictorum videlicet Nicolaum Mach-
cznivki prefatum ad ipsum officium modo pra-
missо vacans auctoritate nostra Regia instituera-
mus. Quia ex litteris certorum officialium judi-
cij terrestris Plocensis ad nos in ea re sub titulis
et sigillis eorum scriptis et justa Reverendi Pa-
tris Domini Erasmi Episcopi Plocensis nobis
sincere dilecti relationem plene intelleximus e-
undem notarium, per nos uti prefertur inuti-
tutum propter decrepitum ejus et gravem
adversamque corporis et oculorum valetudinem
quibus continue indiesque magis ac magis
torquetur, officio sibi injuncto satisfacere mi-
nime posse, et ob hoc justitiam terrie illius
communem negligi oportere fuitque nobis
nomine eorundem officialium et incolarum
terre predicte, pro parte Nobilis Joannis Wia-
winski prefati tanquam inter alios electos
specialiter et per expressum nominati humi-
liter supplicatum ut ipsum velitis digno-

rem

rem et practicam sufficiemque idoneum
ad hoc idem officium exercendum surroga-
re dignaremur. Nos igitur providendo ne de ca-
tero per eam notarij prefati decrescentiam ju-
stitie communis administratio aliqua ex par-
te negligeretur prefatum Joannem ex vi no-
minationis sue predicte, ad hoc ipsum offi-
tium notariatus terrestris Plocensis sur-
rogandum duximus et surrogamus ipsum-
que ad illud ex causa prescripta auctori-
tate nostra Regia plene instituimus dan-
tes et concedentes sibi prout damus et con-
cedimus plenariam et omnimodam officium
predictum exercendi et administrandi fa-
cultatem Mandantes vobis omnibus et sin-
gulis dignitarijs officialibus et quibusvis in-
colis et subditis nostris terre Plocensis ut
ipsum Joannem per nos uti prefertur et
ea causa rationabili institutum pro vero
Notario terrestri Plocensi ad extrema dicti
Joannis Wiczwański tempora habeatis

et

et haberi faciatis sibique de omnibus votis et obventionibus officium ipsum antiquitus concernentibus respondeatis et quantum in vobis est, per eos ad quos pertinet responderi faciatis. Citra tamen prejuditium et gravamen Nicolai prædicti Notarij juribusque et consuetudinibus terrestribus & locensibus semper salvis et integris permanentibus seuus vero facturum pro gratia. Harum quibus est Datum Cracovie feria tertia proxima post festum Sancti Petri ad Vincula Anno Millesimo Quingentesimo Duodecimo Regni nostri Sexto.

Relatio Magnæ Christophori
de Szydłowicz Castellani dudz
et R. P. Vice Cancellarij edt.

Confirmatio certæ donationis pro parte Joannis Wieczwienski facte.....

In nomine Domini Amen edt. Sigismundus edt

Significamg

180

Significamus ecti. Quoniam Generosus Johannes Wiączwiński Tribunus Plocensis coram Majestate nostra personaliter constitutus exhibuitque litteris suis Donationem inferius scriptis, Nobis humiliter supplicavit quatenus sibi easdem litteras approbare ratificare et confirmare dignaremur Quarum litterarum tenor sequitur et est talis Nos Joanne de Wischm Judex et Jacobus de Subjudex Zuppariun Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quemadmodum judicio Serenissimi Principis et Domini. Domini Sigismundi Dei gratia Regis Poloniæ ecti pro Tribunali sedebamus judicare. Tandem constitutus personaliter in medio Nobilis Nicolaus Gunosza de Wiczwna dicta Wądzowilki sibi per Serenissimum Poloniæ Regem sub Venerabili et Nobili Joanne et Felice Germanis Chrzeszowskis obtatum satisfactionem expeditionis bellicæ Moldaviarum proxime transactæ Donatas et cum omni jure et Dominio

minio ac proprietate sic prout solvit, habu-
it et possedit quiete et pacifice nihil juris
proprietatis et dominij sibi in eisdem por-
tionibus reservando nobili Joanni de Wicz-
wna fratri suo germano, dedit donavit et
justo donationis titulo perpetuo et in avum
resignavit p ipsum et Successores suos
legitimos cum omnibus agris silvis pratis
rubetis wesibus, fructibus molendinis emolu-
mentis pascuis arvis terendum haben-
dum dandum donandum perpetuo
et in avum et ad usus beneplacitos con-
vertendum prout voluerit. In cujus rei
testimonium sigilla nostra praesentibus
sunt subappensa. Actum et datum in
Mlava feria tertia ipso die Sancti Mar-
tini Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo undecimo. Nos Jacobus de
Carambei judex et Andreas de Giuschevo
subjudex terra Plocensis generales Signi-

ficamus

ficamus ctt. Quo dum in judicio Sereniss-
mi Principis et Domini Domini Sigismundi
Dei gratia Poloniæ Regis ctt. cum ceteris fi-
dedignis sedebamus judicare. Tandem consti-
tuti personaliter in judicio nobiles Joannes
filius olim Nobilis Andreæ Milat. Petrus olim
Nobilis Castellani filius Thomas filius olim
Mathiæ hæredes de Peplowo Sani utroque
existentes non compulsi non coacti sed ip-
sorum mera et spontanea voluntate re-
cedendo a suo districtu palam recognoverunt
quod portiones hæreditarias suas totales seu
alias totum jus et omnem suam propin-
quitatem quod et quæ habent vel habuerunt
vel habere possint post quascunque per-
sonas in et super bonis hæreditarijs Pepl-
wo et Parochie Chmelowstith in districtu
Zawskrzensi Mawen sitis Nobili Joan-
ni de Wiączwna dederunt resignave-
runt perpetue et in avum donaverunt,

nullum

nullum jus nullam propinquitatem sibi et
suis Successoribus in eisdem bonis hereditarijs
Peplowo et Wavoche reservando, totum jus suum
et omnem propinquitatem suam quod et quam
in et super eisdem bonis Peplowo et Vavoche ha-
bent, habuerint aut habituri essent ipsum Jo-
annem et suos Successores totaliter et plena-
rie insferant, transfundunt in perpetuum ita-
que licebit dicto Joanni et suis Successoribus
dicta bona hereditaria Peplowo Vavoche a
quibuscunque personis sexus utriusque in
quocunque foro judiciario repetere exemere et
quomodocunque poterint re habere ac acquirere
in omnibus et singulis pratis agris cultis
et incultis, silvis, rubetis aquis
fructibus proventibus censibus molendinis
factis et fiendis piscinis lacubus generaliter
omnibus et singulis fructibus proventibus
et utilitatibus in dictis bonis Vavoche Pe-
plowo factis et fiendis ac existentibus per-

petue

petue et in evum quiete et pacifice tenere ha-
bere regere, gubernare posidere, dare, donare, ven-
dere commutare in toto vel in parte obligare
et ad vuus beneplacitos prout sibi et suis Suc-
cessoribus videbitur melius expedire converter.
In cujus rei testimonium Sigilla nostra pra-
sentibus sunt subappensa. Actum et datum in
Cracow feria sexta in Castrino Circumcisionis
Domini Anno ejusdem Millesimo Quingen-
tesimo undecimo. Nos igitur Rex visis et audi-
tis litteris perinsertis justis et rationabilibus
neque sui parte suspectis aut viciatis ipsas
in toto talm tenore approbandum ratifican-
dum et confirmandum duximus, approbamus-
que ratificamus et confirmamus decernentes
eas robur perpetuum habiturum tenore
praventium mediante. In cujus rei testimo-
nium etc Actum Cracovie feria quarta pro-
xima ante festum Sancti Dominici Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Duodeci-
mo

mo Regni nostri sexto praeventibus eisdem ut
in litteris originalibus continetur.

Relatio Magr Christofori de Szy-
dłowicz Castellti Sandec. et R. P. Vicecan-
tm. Siradz Sochaczew Gostinensis Capneus

Satisfactio pro perluchris certis
Vilhelmo Calischann a Joanne
Bochotniczskie.

Sigismundus ectt Significamus ectt. Quomodo
Nobilis Vilhelmus Calischann coram Maje-
state Nostra personaliter constitutus non com-
pulsus non coactus sed spontanea sua volun-
tate per expressum recognovit quia sibi Generosus
Joannes Bochotniczski de Blesnicza Castello-
nus Malogostensis pro omnibus perluchris i-
psius per eundem Vilhelmum in bonis
Grodzn super nobili Joanne Paczanowski
dictorum bonorum Grodzn harede juste et
legitime productis et lucratis prout hoc la-
tius in litteris perlucrorum hmgmoi com-

perimus

perimus contineri satisfecit in quibus qdem
perlucris suis idem Vilhelmus de brachio Regali
per officium Castri Sandomiriensis juxta modum
forate et consuetudinem regni nostri in eadem
bona irromissus modo premisso de facta
nemine repugnante usque mo pacifice et quie-
te tenuit et possidebat propterea quod ipse Vil-
chelmus omne illud vas vuum quod vibi in
predictis bonis Gradcin ex eorundem perlu-
crorum id quomodolibet competebat in pre-
fatum Joannem Bochotniczki inscrit et
transfundit totaliter in effectum vibi quod
de bonis ipsis per eum uti praferter, habi-
tis et possessis realiter condescendit ex perlu-
cra vibi Joanni eadem perpetuo inscripsit et
resignavit tenore praventium mediante
per ipsum Joannem Bochotniczki et in
ejus legitimam posteritatem bona prafata
Grodecz cum bonis et singulis utilitatibus en-
sibus proventibus et obventionibus uni-

versis

versis nullis exceptis ad eadem bona quomo-
dolibet spectantibus ac cum omni jure et do-
minio juxta vim et continentiam litterarum
hujusmodi perlucrorum, tenendum habendum
utifruendum pacifice et quiete possidendum
vendendum commutandum, alienandum, in-
scribendum, obligandum et in usus suos Succes-
sorumque suorum beneplacitor convertendum.
Quamquidem condescensionem inscribtionem
et resignationem modo premisso factas ratas
et gratas habentes approbamus et confir-
mamus presentibus decernentes eas robur
firmum habiturum. In cujus rei Datum Cra-
covie feria quarta proxima ante festum
Sancte Marie Magdalene Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Duodecimo Re-
gni nostri sexto

Relatio Mfici Christofori de Szydlow
Castlli Sandz et R.P. Vice Cancellarij
tum Siradz Sochaczoviensis Gostinensz
Capitanei.

Venditionis

Venditionis Bonorum Kowalew.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei
memoriam ectt Sigismundus ectt Significamus
ectt. Quo Nobilis Adam de Caestlogk ac Libno
heres in Covalono coram eMajestate nostra per-
sonaliter constitutus non compulsus non coa-
actus nec aliquo devio errore seductus sanes
mente et corpore existens, usus suorum consi-
lio amicorum et matura intra se deliberatione
prehabita libere et per expressum recognovit,
quia totam et integram villam suam hare-
ditariam prafatam Covalowo nuncupatam
in terra Loznanienvi et districtu Costnienvi
sitam Generoso Petro Gninski hæredi in Le-
mezmo nostro fideli dilecto p tacentq
et decem mrcq pecunia communis moneta
et numeri consueti, vendidit inscripsit ac rite
et rationabiliter in perpetuum resignavit
per ipsum Petrum Gninski et ejus legiti-
mos Successores villam prafatam Cowa-

lowo cum omnibus et singulis utilitatibus
fructibus proventibus redditibus et obventioni-
bus universis ad ipsam villam Cowalowo quo-
modolibet se ab antiquo spectanz et pertinenz
nullis exceptis ita longe late et circumferenciali-
ter prout ipsa villa in suis metis et limitibus
est distincta et limitata ac in omni jure domi-
nio et proprietate prout ipsemet Adam villam
prefatam tenuit habuit et possidebat, nihil unis
dominij et proprietatis pro ipso Adam et ejus
legitimos Successores in eadem Villa Cowalowo penitus
reservandum, tenendum, habendum, utifruendum pa-
cifice et quiete possidendum, vendendum commu-
tandum, alienandum, donandum, inscribendum
obligandum, ac in usus suos Successorumque suo
rum beneplacitos prout ipsi Petro et ejus legitima
posteritati melius ac utilius expedire videretur
convertendum. Qua quidem inscriptionem et
resignationem modo premisso factas ratas et
gratas habentes in toto earum tenore approban-
dum, ratificandum, et confirmandum duxi-

mus

mus, approbamusque ratificamus et confirmamus
Decernenz eas robur perpetuum habituras tenore
praesentium mediante. In cujus rei testimonium etc
Actum Cracoviæ feria quinta ipso die Sancti Do-
minici Anno ut supra.

Relatio Mci Christofori de Schydłoc Castli
Sandz et R.P. Via Castlli tum Stradz Sochaczg
Gostinenz Capitaneum.

Inscriptio omnium bonorum in-
frascriptorum Nicolao Iskrzizki
Aulico Regio per Conjugem su-
am Dominam Cathermam dem
Jagelniga facta.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quomodo
Nobilis Caterma hares in Jagielma relicta No-
bilis olim Andreæ Milanowski nunc vero Con-
sors legitima Generosi Nicolai Iskrziczki curien
nostri fidelis dilecti coram Majestate nostra
simul cum Generoso et Nobilibus Januszio
Swirgewski Capitaneo Trebowliensi, Raphaele
Fridro

Fridro et Nicolao Manaschirski fratribus et amicis proximioribus suis personaliter constituta non compulsa, non coacta, nec aliquo dirio errore seductа, sana mente et corpore existens, usa suorum salubri consilio amicorum et matura intra se deliberatione perhabita libere et expressum recognovit. Quia prafato Nicolao marito suo zelo conjugali in eum permota omnia bona hereditaria et obligatoria que sibi cadere equali divisione debent, in oppido Jagiolinga et urbis ad illud pertinentibus in terris nostris Russia et Podolia consistenz nec non dominium suum in oppido nostro Stradomne extra muros Cracovie sito et alia omnia bona sua mobilia et immobilia per ipsam Caterinam sibique in Regno nostro habita habenda, dedit, donavit, inscripsit, et resignavit tenore presentium mediante per ipsum Nicolaum Iskrziczski bona prafata immobilia hereditaria et obligatoria cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus et obventionibus universis nullis exceptis quibuscunq

cuscunque nominibus nuncupatis ad eadem bona
quomodolibet antiquitus spectanz et pertinenz
ac cum omni jure et dominio duntaxat ad extre-
ma ejusdem Nicolai vite tempora bonorum nobi-
lia simul cum domo profata Stradomiensi qua
et quam ipsa Caterma circa eundem Nicola-
um maritum suum ejusque legitimos Successo-
res remanere voluit et convensit temporibus ui-
ternis tenendum habendum utifruendum pa-
cifice et quiete possidendum post cujus quidem
Nicolai mortem ut et ingressu nulla prole ex ea-
dem Caterma relicta de hac luce decesserit bo-
na profata immobilia excepta domo predicti
ad ipsam Caterman et Successores ejus legi-
timos converterter plena impri
mis Successoribus legitimis ejusdem Nicolai
vel illi aut illis quibus ipse legaverit tre-
centis florenis hungaricalibus in moneta Po-
lonicali in Regno nostro currenti, quam qui-
dem inscriptionem donationem et resigna-
tionem modo premisso factas in toto ea-
rum

rum tenore prascripto veluti rationabiles ratas
et gratas habentes auctoritate nostra Regia ap-
probandum et confirmandum duximus ap-
probamusque et confirmamus praesentibus de-
cernentes eas robur firmum habiturus. In cujus
rei etc. Actum Cracovia feria quinta proxima
ante festum Sancti Petri ad Vincula praesenti-
bus ibidem et in litteris.

Relatio M. Christofori de Schafft Castti
Sandz et R. P. Vice Cancllii Siradz Michael
Gostinensis que Capitanei

Donatio portulania Cracoviensis nobili Martino Swiderski.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia habentes rationem servitiorum nobilis Martini Swiderski aulici nostri fidelis dilecti per ipsum a iuventute sua hucusque exhibitorum, sibi debe-
nignitate ac gratia nostra speciali, Portulania in Castro nostro Cracoviensi Valvae Castelli per mortem olim Joannis Portulani nuper vi-

ta

ta functi varcang, dandum conferendumque
duximus, damus et conferimus praesentibus
litteris nostris usque ad tempora vita sua extre-
ma. Quocirca tibi Magnifico Andrea de Costelcz
Thesaurario Regni nostri, Scepusiensi Oswiaci-
miensi Capitaneo etc Luppario ac Procurato-
re Cracoviensi moderno et alijs pro tempore e-
xistentibus Luppariis. Mandamus quatenus ipsi
Martino de omnibus et singulis arribus et per-
tinentijs ad dictam Portulaticam de jure et
consuetudine quomodolibet pertinentibus respon-
deas et responderi cures. Et aliter non facturum
pro gratia nostra. Datum Cracoviae feria sexta
proxima post Festum Marie virgis. Anno Do-
mini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni vero nostri Sexto.

Relatio M. Stroszi de Schdlo Castl
Sandecz et L. P. Vicecliu tu Strasch Socha-
czowicz Gostinenq Capitanei.

Conversus super molendinum
Sandecensem.

Sigismundus

Sigismundus etc Significamus etc Quia dum
molendinum Sandecense in fluvio Camenicza
situm cujus nunc est possessor nobilis Bartho-
lomeus Bil predecessoribus ejusdem Bartholomei
sive Regio singulari consensu, ut comperimus: ven-
ditum resignatumque esset. Igitur tametsi ad
nos dispositionemque nostram jure communi
regni nostri devolutum est, ad certorum tamen con-
siliariorum nostrorum diligentem operosumque
intercessionem, pro parte ipsius Bartholomei Bil
ad majestatem nostram factam de specialique
gratia et certa scientia Regijs nostris omnium
primum venditionem dicti molendini Sande-
censis alias ejus tertio partis per quendam
Nicolaum Sqipanowski pro quadringentis
et quadraginta marcis. moneta et numeri
polonicalium, quadraginta octo grossos in
quamlibet marcam computando. Nicolao Bil
et Bartholomeo Mogigardo factam, ac coram
Magnifico olim Jacobo de Dambno Castella-

no

no et Capitaneo Cracouiensi et Sandecensi: et
ex ejusdem Jacobi litteris dicitimus: recogni-
tam ratam et gratam habentes. Devuper vibi
nostram Requim consensum, dandum cona-
dendum ac dictam Summam quadringenta-
rum et quadraginta marcarum monete et
numeri Polonicalium pdictorum, in dicto mo-
lendino Sandecensi, alias ejus tertia poarte ipsi
Bartholomeo Bil, et suis legitimis Successoribus
demonstrandum et inscribendum duximus,
inscribimusque et demonstramus praventibus
per ipsum Bartholomeum et ejus legitimos
Successores molendinum pradictum alias e-
jus tertiam partem juxta vim et continentiam
litterarum privilegij originalis juste et legitime
concessi. Tenendum, habendum, regendum, paci-
fice et quite cum omni dominio et utilitate
possidendum, atque utifruendum salvis juri-
bus nostris harum quibus Sigillum no-
strum est subappendum testimonio litterа-

rum

rum. Datum Cracovie feria tertia ipso die
Sancti Bartholomei Apostoli. Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Duodecimo. Regni
nostri Sexto.

Relatio Mtia Christofori de Schydlowcz
Castellani Sandecensis et R.P. Vice Cancellarii tum
Sirach Sochaczoviensis Gostinensis Capitanei

Vadium.

Anno et loco quibus supra feria quinta proxima post festum Sancti Bartholomei Interpositum est vadium ducentarum marcarum pecuniarum inter Nobilem Joannem Bilski Advocatum villae Brzoza in Capitaneatu Radomiensi existentes ab una et Generosum Abraham Lanzenski tenutarium villae predictae parte ab altera ob insecuritatem vitae. Quod si aliquis partium transgressa fuerit illius medium Regiae Majestati et parti tenenti medium cedere debet Littera ad Capitaneatum Radomiensem dum Nicolaus de Schydlowiecz data in forma solita.

Salvus

Salvus conductus Andreæ Puban
Civis Poznaniensis.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ &c.
Significamus tenore præsentium quibus expedit
universis harum notitiam habituris, Quia Famo-
sus Andreas Puban civis noster Poznaniensis co-
ram Majestate nostra personaliter constitutus ex-
posuit se insecuram esse ex parte Consulum et a-
liorum dictorum civium Poznaniensium, propterea
quod actiones suas in jure civili Poznaniensi-
prosequi, et ipsam Civitatem Poznaniensem,
metu violentiæ inhabitare nequiverit, proinde
nos sibi nostrum Salvum conductum et omni-
modam securitatem Poznaniam veniendi et in
ea quemadmodum velet inhabitandi jureque
Civili vel Castrensi cum omnibus et singulis
adversarijs ejus, ú si tles causa sunt, quæ con-
sules vel alios officiales civiles Poznaniensis
conjunctim vel divisim contingeret, pro quibus-
cunque injurijs agendi vel prosequendi dan-
dum et concedendum duximus, damusque
et

et concedimus presentibus. Mandantes vobis singulariter singulis et generaliter universis quibus cum ipso Andrea Puhan non vi sed jure pro quibuscunque rebus et offensis experiamini et hunc Salvum conductum nostrum sic et prafertur per nos concessum in omnibus ejus punctis teneatis et inviolabiliter observetis ac obtemperetis vestris quibuscunque quantum in vobis est teneri et observari faciatis juri et justitie viam non precludendo sub obtentu gratie nostra secus facere non audeatis harum quibus sigillum nostrum est Datum Cracovie feria quinta proxima post festum Sancti Bartholomei Apostoli Anno ut supra

Molendinum Leopoliense

Hernesto ad vitam.....

Sigismundus etc Significamus etc Quia licet nos superiore tempore Venerabili Capitulo et Canonicis Sancte Ecclesie metropolitane Leopoliensis Molendinum nostrum extra muros Civitatis circa valvam Cracovien-

vem

sem Leopoli villam, seu tertiam ejus partem
et metretam de manibus Nobilium Barbare et
Margarethe filiarum olim Catherme Limno-
woczska tanquam faminarum ad opus mecha-
nicum exercendum utpote ad reparandum mo-
lendinum edifitia et aggerem piscina minus
idoneatum redimere conservimus concesserimus-
que. Tamen quia impuritiarum intelleximus
famosum Nicolaum Herneth Consulem Leopo-
liensem esse etiam Possessorem illius molendini
ratione consortis sue legitime Barbare supravsci-
pte una cum Nobili Margaretha Rozborska per-
moti humilibus supplicationibus ejusdem
Arnesti, tanquam de nobis et Successoribus no-
stris Regibus Polonie et de Republica in il-
la civitate, tam in domesticis forensibusque
actionibus, quam tempore incursionis hostilis
bene meriti simul ac ad diligentem interes-
sionem certorum Consiliariorum nostrorum,
et imprimis Magnifici Spichconis de Jaroslaw
Castellani Cracoviensis et aliorum pro ipso
Arnestho

201.

Arnestho per litteras ad nos factam, Eundem
Nicolaum Arnesth una cum consorte sua
Barbara ac Margaretha Rozborska velut legi-
timos haredes in possessione tertiæ partis dicti
molendini nostri conservandum et non admitten-
dum eximi duximus. Ac de certa sciantia et gra-
tia Regijs nostris conservamus et nec per pra-
nominatum Capitulum Canonicorum Leo-
poliensium, Nec per quempiam alium homi-
nem cujuscunque conditionis et sexus fuerit,
usque ad dicti Famosi Nicolai Hernesth Convu-
liv Civitatis nostra pradicte Leopoliensis
vitæ tempora extrema, eximi admittemus et
non consentiemus harum quibus Sigillum
nostrum est Datum Cracovie Sabbato post fe-
stum Sancti Bartholomaj Apostoli proximo
Anno Domini Millesimo Quingentesimo duo-
decimo Regni vero nostri Anno Sexto.

Relatio M. Christofori de Schydtz Castli
Sandec et R. P. Vice Castli Siradiensis

Vadium Machowskiense.

Anno

Anno et loco quibus proxime supra, feria quin-
ta proxima post festum Egidij Interpositum est
Vadium mille marcarum monete et numeri
polonicalium conuictarum inter Nobiles Nico-
laum Machowski ab una, et Nicolaum Doden-
ski parte ab altera ob inuecueritatem vite,
Quod si aliqua partium in toto vel in parte
transgressa fuerit illud vadij medium Regie
Majestati et parti tenenti medium cedere de-
bet. Et littere ad Magnificum Nicolaum de
Camienicz Palatinum et Capitaneum Cra-
couiensem et Sanocensem in ejus absentia
ad Vice Capitaneum Sanocensem in forma
solita Cancellarie sunt date.

Vadium inter Generosos Joan-
nem Bochotniczski et Petrum
Paczanowskium.

Anno et loco quibus supra feria sexta post
festum Sancti Egidij Interpositum est
vadium mille marcarum conuictarum citi
Inter Generosum Joannem Bochotniczki

De

De Oleschnicza Castellanum Malogostensem
ab una, et Nobilem Petrum Paczanowski de Grodzicz
partibus ab altera propter insecuritatem citae, quod si
aliqua partium in toto vel in parte transgressa fu-
erit extunc illius vadij medium Regiæ Majestati
et parti vadium tenenti medium cadere debet. Litte-
ra in forma solita Cancellariæ ad Stam Szaffranic ct
Capitaneum. In ejus absentia ad Vic Capitaneum
Sandomirensem data sunt.

Conventus redemptionis oppidi
Regalis Lipno cum Villis, et
inscriptionis datis desuper.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ ett
Significamus ett Quia nos ad intercessionem
certorum consiliariorum nostrorum simul e-
tiam in prospectu habentes fidelia servitia Gene-
rosi Mathiæ Modlibag de Modliboziczc quibus se
nobis et antecessoribus nostris non minus fideliter
quam officiose exhibuit commendatum sibi bo-
na nostra Regalia videlicet oppidum Lipno

cum

cum villis ad illud pertinentibus in terra Do-
brzinensi consistentibus de manibus Nobilium
Alberti et Joannis germanorum dictorum
Kielbasi et aliorum quorumcunque possessorum
ad ipsa bona nostra ex vi inscriptionum juste et
legitime concessarum, interesse hinc redimere
conversimus et admisimus consentimusque et
admittimus tenore praventium mediante. I-
ta tamen quod vnus principales in litteris o-
riginalibus contente non augeantur, per i-
psum Mathiam Modlibag bona prefata no-
stra cum omnibus et singulis utilitatibus,
fructibus, proventibus, redditibus, pertinentijs, et
obventionibus universis, juxta vim et continen-
tiam litterarum originalium juste et legitime
concessarum, tenendum habendum utifruen-
dum, pacifice et quiete possidendum usque ad
redemptionem per nos vel Successores nostros
fiendam, Juribus nostris Regalibus semper sal-
vis, propterea conventimus vibi Mathie Modli-
bag certam dotem pecuniariam, in eisdem bo-

nis

nis nostris Lipno, alias in Summis pecunia-
rum in eis utifertur inscriptio, Generosa Gertrudi
de Ellendorf, consorti ejus legitima inscribere. Citra
tamen augmentum summarum principalium
in ipsis bonis nostris modo praemisso inscripta-
rum. Juribus nihilominus Regalibus nostris aqua
salois, manentibus, harum quibus Sigillum nostrum
est subappensum testimonio litterarum. Datum Cra-
covii feria quinta in crastino festi Sancti Egidij
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni nostri Anno Sexto.

Relatio M. Christofori de Schydlo Castl
Sandz et R. P. Vicecancellarij ectt.

Libertatio pro civibus Brestensibus
non solutionis theoloneorum et
foralium.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam ectt Sigismundus ectt Significa-
mus ectt. Quomodo dum nostri cives et mercatores
Brestenses de Brzescie Cujavie per retroacta
tempora vapuis quererentur coram nobis

exponerent

exponens quia licet habuerint privilegium quo per
antecessores nostros erant liberati et exempti a so-
lutione theoloneorum et foraliorum per totam Cujā-
viam vic quod ab antiquis temporibus nunquam
eadem theolonea et foralia solvere consueverant, Ta-
men postequam hocipsum Privilegium causu a-
miserunt hac ipsa tempestate plurimum grava-
mur, solutione ejusmodi theoloneorum et foralium
et presertim quod in Oppidis Radziejovio, Juniwla
da, Nowemiessowa, Ragarsch antiquea, Vladislavia, Cowa-
le Przedecz, Chodecz, Izdbiga, Strzelno, Bigostia,
Pakoszcz, Gambiga, et Cruswiga ad inconsuetam so-
lutionem eorundem theoloneorum et foralium
compelluntur et astringuntur per quod civitatem
illam depauperari ac desertari intelligimus, pro-
pter quod supplicarunt Majestati nostre ut illis
de remedio ea in re opportuno provideremus,
ac privilegium desuper generose denuo conce-
deremus. Nos itaque certis probationibus et fide-
dignorum testimonijs certe accipiens quod

ipsi

ipsi cives Brestenses per totam Cujaviam superioribus temporibus non consueverant solvere theolonea et foralia, sed ab eis vigore privilegiorum per antecessores nostros concessorum erant liberi et exempti. Cupientes insuper illius Civitatis nostra que in terra Cujaviæ est Capitalis et prima conditionem tempore felicis Regiminis nostri facere meliorem. De certa scientia et gratia Regijs nostris omnes et singulos cives incolas et mercatores prædictos Brestenses ab omnibus dictis Theoloneis et foralibus tam in septimanalibus quam annualibus foris per totam Cujaviam sicut ut ex antiquo liberi erant, liberandos eximendos duximus, liberamusque et eximimus tenore præsentium mediante in perpetuum. Quo circa nobis universis et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutarijs, Vicecapitaneis, Burgrabijs, Præconsolibus, Theolonatoribus, et quorumvis locorum præfatis per et infra totam Cujaviæ terram existentibus ejusmodi libertatem civi-

um

um nostrorum Brestensium notificamus praesentibus mandans atque districtius percipiens quatenus deinceps eos occasione ejusmodi theoloneorum et foralium non inquietatis, nec ad eorum solutionem quomodolibet impellatis aliter non facturi pro gratia nostra in perpetuum. In cujus rei fidem et testimonium Sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum Cracoviae feria Sexta proxima post festum Sancti Egidij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo Regni vero nostri Sexto. Praesentibus ibidem ad vocatum.

Ad dom. Magistri Christofori de Schydlo Custodi Sandz et R. P. Vice Cancellz tu Sirad Sochacz Gostinensisque Capitz.—

Confirmatio Consensus pro parte Felicis Plebani in Przimankow.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quomodo Honorabilis Felix de Lallepie Plebanus

nus in Przimankow coram nostra Majestate
personaliter constitutus exhibuit litteras conven-
sus, divi olim Joannis Alberti Poloniæ Regis fra-
tris et predecessoris nostri sigillo suo annulari
appenso obsignatas, quibus fraternam illam Ma
jestatem benemeritis Magnifici olim Joannis de
Tarnow Castellani Cracouiensis sincere sibi dilecti,
amore permotam, eidem unum annuum decem
marcarum pecuniarum, quadraginta octo grossos
in quamlibet marcam computando, in et super mo-
tellis carnificum et Salicidis ejusmodi oppidi
sui Tarnow in terra Sandomiriensi sitti, pro
quacunque pecuniarum Summa justa atque
in talibus dari consueta Venerabili olim Paulo
de Zalessia Sacræ Theologiæ et decretorum Docto-
ri aut quibuscunque alijs ecclesiasticis seu
spiritualibus personis, in vim reemptionis vulgo
nawiderkoff vendere inscribereque comperimus
consensisse. Supplicavitque nobis idem Felix
veluti præfati Pauli Successor, ut pro majori se-
curitate censuus præfati modo præmisso uti

fertur

fertur pro ducentis et viginti marcis pecunie in bonis proscriptis venditi et inscripti ac pro certo vico altari, libertatique et immunitati ecclesie vigore earundem litterarum consensus fraterne Majestatis novissime ascripti, uniti, et perpetuo incorporati litteras denuo consensus nostri sigillo nostro annulo appenso, obsignatas dare et concedere dignaremur. Nos igitur providentes ne per hujusmodi inconsultam sigilli prefati annularis litteris predictis consensus fraterni appensionem. Ecclesiam ipsam aujus commoda pio prosequimur affectu in aliquo a prefato aliquod detrimentum paciatur in futuram, De certa scientia et clementia speciali Regijs nostris eidem felici praventes litteras nostras, dandum et conferendum duximus prefati census decem marcarum venditionem inscriptionem uniendi et incorporandi modo premisso facti auctoritate nostra Regia in suo robore conservandi, approbavimus prout et approbamus, ac decernimus ea debito modo valitura, te-

nore

nore praventuum mediante. Ita tamen quod
Successores prefati Joannes Tarnowski et dicti
oppidi Possessores de eisdem decem marcis convers
predicti servitm bellice expeditionis totiens quotiens
evenerit, intercedere juxta dispositionem earundem
litteranum conventus fraterni sive astricti harum
quibus ecth Datum Cracovie ante festum Nati-
vitatis Marie Virginis Anno Domini Millesi-
mo Quingentesimo duodecimo Regni vero no-
stri Sexto.

Relatō Magfici Chorsori de Szydłowicz
Castlli Sandz et R.P. Vice Cancellarij tum
Strad Sochaczoviens Gostinien Capitanei

Quittatio pro parte Domini The
saurarij ecth.

Sigismundus ecth. Significamus ecth Quomodo
Magnificus Andreas de Coszczlecz Thesaurari-
us Regni nostri Sandomiensis Rawiacimensis Bidgo-
stinensis Tuniladislaviensis et Sandecensis Capi-
taneus Zuppariisque et magnus procurator

generalis

generalis Cracouiensis sincere nobis dilectus. Iuia de
omnibus annis et temporibus cusse moneta quam
ipse vacante post mortem olim Magnifici Iacobi
de Schydtowicz Castellani et Capitanei Sandomi-
riensis, cell thesauratum administrauit et demum
creatus Thesaurarius rexit et disposuit usque
ad festum Penthecosten: anni Domini Millesi-
mi Quingentesimi Undecimi omnimodam et
sufficientem fecit nobis rationem in quaquidem
nobis satis plene demonstrauit, quantum argen-
ti pro necessitate cudende imprimendaque mo-
nete emergit et quo pretio, quantumque pe-
cuniarum ex eodem cudi imprimi et fieri secun-
dum normam communis constitutionis et in
quos usus secundum nostra mandata, pecu-
niam et de capitali argento et lucro in-
sumpserit et exposuerit. Positis itaque pe-
nendis defalcatis defalcandis distributisque
et expositis omnibus rite et rationabiliter
juste ac legitime demonstratis. Comperi-

mus

mus /: quod omnibus quibus interest præsen-
tibus litteris expresse et de plano recognovimus:/
cum nobis de ipsa officina monetaria ac toto
argento, ut pramissum est, capitali modo pramisso
comparato nobis satis fecisse. Comendan igitur virtu-
tem ejus ipsum et suos legitimos Successores de o-
mnibus et singulis pramissis hoc est argento, i-
ta ut supra expressum est comparato et de lucro
inde proveniente de omnibusque et singulis per-
ceptis et distributis modo quo fieri potest meliori
quittamus praventibus perpetuo et in avum. Ita-
rum quibus Sigillum nostrum est appensum
testimonio litterarum. Datum Cracovie Sabbato
ante festum Nativitatis Marie Virginis glorio-
se Anno Domini Millesimo Quingente-
simo duodecimo Regni nostri Sexto.

Relus Magfici Chrŏfori de Schydlo
Castlli Sandz et R. P. sica Cancellij
tus Sirad Schaarz Gastineng Capit.

Alia

Alia pro eodem.

Sigismundus ectt Significamus ectt Quia facientibus nobis rationem cum Magnifico Andrea de Coscielecz Thesaurario regni nostri Supremi Osuiacimiensi Tunioladislauiensi et Bidgostiensi Capitaneo, nec non Cuppario et magno Procuratore Cracouiensi de administratione monetaria nostra, etiam famatus Caspar Consul Cracouiensis et mgr seu director ejusdem monetarie nostra coram nobis et consiliarijs nostris ad id vocatis et specialiter adhibitis sufficientem nobis effectu fecit rationem incipiendo eandem a die vigesima octava mensis Julij Anni Domini Millesimi Quingentesimi Decimi quin cussio monetæ reincepta est usque ad diem Septimam Mensis Junij Anni Domini Millesimi Quingentesimi Undecimi qua die labor ejusdem cussionis cessavit in toto de toto argento per ipsum percepto de pecunijs omnibus seu monetis ex eodem argento excussis et effectuali-

ter

ter exhaditis, quas prorsus comperimus esse et
probamus in eo valore et qualitate juxta ordina-
tionem et decretum audende monete, ante per nos
et consiliarios nostros factum et constitutum a-
lijsque omnibus et singulis in racõn positis nec
non computatis monetis, et damus que in cus-
sione monetarum fore conseueverunt, pensatis quo-
que perditionibus fusionis cussionis et dealbatio-
nis. Comperimus eundem probe et fideliter cum
nostra et reipublice Regni nostri utilitate omni-
a fecisse taliter prout cussio ipsa monete decreta
est, sicque nobis et Reipublice Regni nostri in toto
satisfecisse de qua quidem racõn taliter ut pre-
missum est sufficienter facta eandem ratam et
gratam in toto habens, prefatum Caspar fi-
jus exactam solicitudinem pariter et sinceram
fidem commendans omnesque ipsius Suc-
cessores quittamus, perpetuo absolvimus in
effectu presentibus litteris nostris vic prout
eum de alijs omnibus rationibus quitta-
mus

musque videlicet sufficientem fecit rationem de
tota cussione moneta incipiendo a felicis corona-
tionis nostra tempore, quin cussio ipsa incepta
est scilicet feria secunda post Palmarum An-
no Domini Millesimo Quingentesimo Septimo
usque ad tempus supradictum cessationis e-
jusdem scilicet ad septimam diem mensis Junij,
Anni Domini Millesimi Quingentesimi Unde-
cimi. Quoniam comperimus monetam juste et
rite cussam per hoc totum tempus secundum
ordinationem nostram et juxta laudum to-
tius Regni factum. Propterea que in fidem et te-
stimonium premissorum Sigillum nostrum
presentibus est subappensum. Actum et datum
Cracovie Sabbato ante festum Nativitatis Virgi-
nis Marie Anno Domini Millesimo Quingen-
tesimo Duodecimo Regni vero nostri Sexto.

Relatio Mstii Chrostori Dethydtoz
Castlli Sandec R. P. Vice Cancellarij tū
Stradz Sochaczoviensis Gostinensis Capitis

Salvus

Salvus conductus pro Stanisla-
o Plochoczskiiiiiii.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos
ex certis respectibus animum nostrum moven-
tibus Nobili Stanislao Plochoczski specialem gra-
tiam faciens, quem Providus Georgius Dambrowa
civis noster Posnaniensis pro certis rebus sibi a-
blatis coram nobis eo absente culpaverat, ut po-
tissimum interea temporis eas ob res ad aliquam
hinc inde venire poterint amitabilem composito-
nem vel constitutionem competentem, sibi salvum
conductum nostrum et omnimodam securitatem
per et infra universum Regnum nostrum, et do-
minia sibi subjecta agendi inhabitam negotia-
que sua licita pro arbitrio suo disponendi, ipsis-
que dispositis vel indispositis de regno nostro
quo voluerit divedendi persona et rebus suis
quibus, dandum concedendum duximus, da-
musque et concedimus citra tamen praju-
dicium juris communis Regni nostri, infra

hinc

hinc et festum Sancti Francisci proxime futurum
Duraturum, Quemquidem salvum conductum
nostrum in verbo nostro Regio tenere promitti-
mus et ab omnibus Subditis nostris teneri volumus.
Mandantes vobis singulariter singulis et ge-
neraliter universis quatenus cum ipsum sal-
vum conductum nostrum in omnibus ejus
punctis teneatis et inviolabiliter observetis,
et ab alijs quantum in nobis est teneri et ob
servari faciatis sub obtenta gratie nostre
vestre facere non auderi. In cujus rei testimo-
nium Sigillum nostrum presentibus est subap-
pensum Datum Cracovie feria quarta ipso die
Nativitatis Virginis Gloriose Anno Domi-
ni Millesimo Quingentesimo Duodecimo Re-
gni nostri Sexto.

Relatio Mafici Chrosori de Schydlocz.
Castli Sandz et R.P.ce Cancellarij tu
Siradz Locharzovieng Gostineng Capit:

Vadium

Vadium pro parte Mathiæ Plebani in Czudecz.

Anno et loco quibus supra feria quinta proxima post Festum Nativitatis Marie actt interpositum est vadium quingentarum marcarum pecuniarum inter Honorabilem Mathiam Plebanum in Czudecz ab una, et Nobilem Stanislaum Prochonski partibus ab altera, super observanda mutua hinc inde pace. Quod si aliqua partium transgressa fuerit extunc illius vadij medium Regie Majestati et parti aliud observanti medium cedere debet. Et littere in forma solita Cancellarie ad Generosum Preconem Gworenski Capitaneum in ejus absentia ad vice Capitaneum Corczmienssem dicte sunt.

Certa inscriptio Nicolai de Camienicz Palatini Cracovienssis pro Domino Spitekium.

Sigismundus dtt Significamus dtt Quomodo

Magnificus

Magnificus Nicolaus de Camieniecz Palatinus
et Capitaneus Cracovienſis ſincere nobis dilectus
coram Majestate nostra personaliter constitutus
libere et per expressum recognovit, seque inscribit et
obligat praesentibus, Generoso Spithconi de Jar-
now Palatiniadi Cracovienſi quia sibi et inscri-
ptionibus ac perluctris ejus in bonis Cepki et
alijs ad ea pertinentibus quo ipse Spitco a Ve-
nerabili et Nobilibus Joanne Canonico Cracovien-
si Andrea Stanislao et Joanne germanis de
Irzewtchow in certa Summa pecuniâ dudum
inscripta habuit et tenuit usque modo obliga-
ta possion sua cittationa Jurium ac pro-
ductione certorum in eisdem bonis perlu-
chrorum obesse non debebit possessioni nihil
ominus in bonis praescriptis minime procin-
dicando. Harum quibus testimonio litterа-
rum Sigillum nostrum subappensum
est. Datum Cracoviae feria secunda ante
festum

festum Sancte Margarethe Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Duodecimo.
Regni nostri Sexto.

Illo Mfici Strosori de Schidlòce Castli
Sandz et R.P. Vicelancellarij ac Siradz
Sochaczovieng Gostinieng Capitanei

Pro parte Doctoris Ade.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam ecc Sigismundus ecc Signi-
ficamus ecc Quomodo Generosus Joanne Pi-
neuski coram Majestate nostra personaliter
constitutus, non compulsus non coactus nec
aliquo devio errore seductus, sed sanus
mente et corpore existens consilioque et de-
liberatione suis prahabitis libere et per
expressum recognovit, quia habendo respectu
ad benemerita et obsequia nobilis et egregij
viri Ade de Bochen artium et medicine
doctoris physici nostri sincere nobis dilecti,

quibus

quibus relevando ipsum aliquoties ex adversa
valetudine ad privtinum vanitatis statum,
reddidit ve illi officiosisime commendatum,
ut potissimum auctis in eo beneficijs et offi-
cia ipsa facile augeantur in futurum, sibi to-
tales sortes suas hereditarias quas habuit in
villa et hereditate Szeczicza in terra et districtu
Sandomiriensi sita, dedit donavit inscripsit
et coram Majestate nostra rite et rationabiliter
resignavit perpetuo et in omnem dans et
admittens prout et dedit et admisitque
sibi Ade Phisão nostro profato realem et
effectivam exnunc in eandem sortes su-
as villa prafata intromissionem tenutam
et possessionem pacificam et misterialem
terrestrem Sandomiriensem de jure sibi
per nos additum juxta consuetudinem
terrestrem consumandam pe ipsum A-
dam et legitimos ejus successores sor-
tes

tes prefatas villa prescripta cum omnibus
et singulis utilitatibus fructibus proventibus
redditibus pertinentijs et obventionibus universis,
quomodolibet ad prafata bona antiquitus pertinen-
tibus, nihil excipiendo, ac cum omni jure dominio
et proprietate, prout ipsemet Joannes tenuit ha-
buit et possidebat, tenendum habendum uti-
fruendum pacifice et quiete possidendum,
vendendum, commutandum, alienandum,
inscribendum, resignandum, et in usus suos
beneplacitos quo sibi Ada vel suis posteris
comodius expedire videbitur, convertendum.
Ita tamen quod ipse Adam, in casu egri-
tudinis totiens quotiens sibi evenerit prafa-
to Joanni resignanti quo ad vixerit fideli-
ter consulere pro posse suo ad pristinam et
meliorem ejus valetudinem sit astrictus
ipso facto, Quamquidem donationem
inscriptionem et resignationem modo

pramisso factam ratam et gratam haberz
velleti justam et rationabilem in toto ejus
tenore approbandam ratificandam et confir-
mandam duximus, approbamusque ratifica-
mus et confirmamus decernentes eam robur
perpetuum esse habituram, tenore praesertium
mediante, in cujus rei testimonium Sigillum
nostrum subappensum est. Actum Cracovie
Dominico die proximo ante festum Nativito-
tis Marie praesentibus ibidem et vapra. An-
no Domini Millesimo Quingentesimo Duo-
decimo Regni vero nostri Sexto. Datum per
manus Magnifici Christophori de Szydto-
wicz Castellani Sandomiriensis et Regni
Poloniae Vice Cancellarij tum Siradiensis
Sochaczoviensis Gostinensisque Capitanei &.

Ad ejusdem Mfici Chroph
de Athydowicz Vice Cancel-
larij Regni Poloniae.

Auctio

Auctio salarij annui Joanni
Magistro cannalium Crac.
viensium.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia
Joannis magistri cannalium nostrorum
castrensium servitia utilia in prospectu ha-
bentes, et eadem auctiori pmo perseverantio-
ra reddere volentes, reservata ejus priori inscri-
ptione in robore quam super officio canna-
lium nostrorum Castrensium a nostris prede-
cessoribus et a nobis habuit et habet, sibi de nu-
o annuatim addimus et damus viginti flo-
renos quoque florenum grossis triginta, com-
putando, et septem ulnas panni Limensis
pro salario usque ad meliorem ipsius pro-
visionem duraturum. Quodquidem sala-
rium sibi magnus procurator Cracovien
sis castri pro tempore existens quoque

anno

anno pro festo Sancti Martini solvet, Ratione
autem ejusmodi annui salarij prefatus Jo-
annes Magister Cannalium voquentia nobis
servitia et nostro procuratori generali Croco-
vienvi ad nostras necessitates toties quoties opus
fuerit, exhibere tenebitur. Imprimis prefatus
Joannes piscinarum emensurationes faciet
et earum constructionem debito modo juxta
nostram et magri procuratoris commissionem
providebit, pisces in piscinis nostris Regalibus
pro industria sua augmentabit, et circa pis-
cturas fideliter prospicere, et pisces suscipere
et iterum extradere tenebitur. Id quoque offi
cij prefatus Joannes habebit, quod fideli-
ter provideat operationes piscinarum et
edificiorum sua presentia Et si aliqu
eundem Joannem contingat ad aliquam
necessitatem mittere vel si magnus pro-
curator pro tempore existens, cum misericord.

Tunc

Tunc nos eundem aequo et sumpto providere
tenebimur, vel magnus procurator noster pro
tempore existens Prefatus etiam Tournes ta-
li nostro seruitio obligatus, sine nostro speciali
consensu et admissione, non poterit se alijs la-
boribus implicare seu obligatum facere, et ubi-
cunque eundem direxerimus pro faciendis
aquarum ducturis, eundem quoque equo et
expensis providere tenebimur. Quibus in testi-
monium Sigillum nostrum subappendi jussi-
mus. Datum Cracovie feria quinta intra
octavas Nativitatis Virginis Marie. Anno
Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo
Regni vero nostri Sexto.

Ad M. Chrosori de Schydlowica
Castlli Sanz et R. P. Vica Canz
te Sirad Sochaczovie. Gostiney Capit.

Vadium Volszczinne —

Anno et loco quibus supra feria sexta
proxima post Nativitatem gloriosissime Vir-
ginis

ginis interpositum est vadium trecentarum mar-
carum pecuniarum inter Nobiles Imbram Sta-
nislaum et Nicolaum germanos Wolszcii de Bo-
gnowa Wola parte ab una, et Nobilem Andream
Warszowicz de Smogorzewo ab altera parte, super
observanda pace, securitatem vitæ, Quod vi a-
liqua partium transgressa fuerit, tunc illius
medium Majestati Regiæ et parti observanti a
lium medium cedere debent. Liberi dati
sunt ad Generosum Joannem de Sprowa Capi-
taneum Opocznensem in ejus absentia ad
Vice Capitaneum in forma solita.

Pro parte Consulum et Com-
munitatem Cazimierz pro
villa Plasow.
Recompensa Villa Plazow Cazimirzeg.
Sigismundus etc Significamus etc Quod
postea quam Famosos Proconsulem et Con-
sules.

sules totamque Communitatem Civitatis no-
stre Cazimirz Villa Plaschow in terra Cra co-
viensi villa, ad nos dispovitionemque nostram
jure communi Regni nostri devoluta, ex ea cau-
sa quia bellica expeditioni contra Joannem Boch-
damum Vaywodam Moldavia tunc hostem
nostrum instituta et mota non satisfeciisent
pvavimus. Tametsi jure quod fit juste fit, devin-
gulari tamen clementia et innata nobis virtute,
De certaque scientia nostra intercessionibus pro
parte illius civitatis predicte Mille Duen-
tos florenos per mediam exagenam com-
putatos grossorum moneta Lolonicalis in sub-
sidium Civitatis ejusdem illos convolari volen-
tes promittendum dandum et volvendum
duximus promittimusque et damus pra-
sentibus per Magnificum Andream de Co-
szczelcz Thesaurarium Regni nostri Se-
pusiensem Osviaczimensem Bidgostinensem
Sandecensis

Sandecensisque Capitaneum Zupparumque
et magnum procuratorem Cracouiensem nobis
sincere dilectum, ad rationem quarumcunque pe-
cuniarum nostrarum Summam predictam
Mille Ducentorum Florenorum successiuis et op-
portunis temporibus dum poterit per partes us-
que ad totam et integram Summam Dicto-
rum Mille Ducentorum Florenorum exolu-
tionem faciendam. Decernens Summam
predictam sic ut premittitur per ipsum
Thesaurarium et Zupparium vice et nomi-
ne nostris solvend per predictos Preconsu-
lem et Consules totamque communitatem
percipiend levand habend et in usus Civita-
tis predicte Cazimirz convertend perpetu-
o et in evum. Quo circa tibi Magnifico
Andree de Covcielecz Thesaurario Regni
nostri vlb committimus et mandamus
presentibus vt ipsis preconsuli et Consu-
libus

libus totique Communitati predicte Cazimirz
Dictam Summam mille ducentorum floreno-
rum ad rationem pecuniarum nostrarum
comodes opportunis et successivis temporibus,
per partes realiter et in effectu exolvas, usque
ad plenariam dicte Summe exolutionem
Quicquid vero predicte Summe pro aliquo
tempore solves, id manu tua a tergo vel in ex-
tremo: ubi aptius videbitur: literarum an-
notatur. In cujus rei testimonium Sigillum
nostrum est appensum. Datum Cracovie fe-
ria quarta post festum exaltationis San-
cte Crucis. Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo Duodecimo Regni vero nostri
Sexto..

Ad Rlom Magnifici Chrofori de
Schidlowicz Castlli Sandz et R.P.
Vicedrÿ tum Sirad & Sochaczoviens
Gastinenzque Capitanei.

Vadium

Vadium inter Lanzenski et
Wspinkones.

Anno et loco quibus proxime supra feria quinta post festum Exaltationis Sanctæ Crucis proxima. Interpositum est vadium duorum millium marcarum monetæ et numeri Polonicalium consuetarum inter Nobiles Sandinoquem de Leszenicze ab una, et Petrum ac Nicolaum Wspincones de Bantkow partibus ab altera propter insecuritatem vitæ cujus vadij si aliqua partium illud transgressa fuerit medium pro Camera Regia et parti tenenti medium cadere debet. Littera in forma solita Cancellariæ date sunt ad Palatinum Posnaniensem et Capitaneum Lanciciensem In ejus absentia ad Vice Capitaneum Magnificum Nicolaum de Lubranicz etc.

Vadium Cieropatewa.

Anno loco et die quibus proxime supra

pra vadium interpositum est Treuntarum Mar-
carum ctb inter Generosum Stanislaum Gropa-
tqwa de Laczuchow Castellanum Chelmensem
et tenutarium Parezoviensem ab una, et Nobiles
Joannem Bartholomeum Paulum et Petrum
parte ab altera, propter insecuritatem vite cu-
jus vadij medium vi illud aliqua partium trans-
gressa fuerit pro Regia Majestate et pro parte
observante medium cedere debet. Littera ad
Capitaneum Lublinensem data.

Prosentatio ad Mansiona-
riam Sancti Michaelis in
arce Cracoviensi pro parte
Nicolai de Crosno.

Anno et loco quibus proxime supra.
Sabbato post festum Sancti Lamperti pro-
xime prosentatus est ad Capellam man
sionariam in ecclesia collegiata Sancti
Michaelis in castro Cracoviensi Honora-
bilis Nicolaus de Crosno Capellanus Regie

post-

post mortem Honorabilis Stanislai nuper vi-
ta functi vacantem. Littera Reverendo Do
mino Joanni Episcopo Cracovienvi Date in
forma solita Cancellarie.

Sigismundus &c.
Reverendo in Christo Patri Domino Vincentio
Episcopo Vladislaviensi sincere nobis dilecto
gratiam et favorem Requiem Reverende in
Christo Pater Sincere nobis dilecte Inuens Ho-
norabilis Lucas de Czechow quondam propo-
situs in antiqua Nieschowa dictam ipsius
ppturam ex causa permutationis Honora-
bili Nicolao Trampki in effectu nostro ad id
accedente consensu resignat. Quia tum ex
certis rationabilibus causis dictus Lucas
ad eandem ppturam regressum petiturus
est, nobis supplicat quatenus ad id consen-
tire dignaremur. Nos justis supplicationi-
bus ejus acclinati vestram paternitatem
hortamur. Quatenus postaquam justam

et

et legitimam causam times regressus Vestra P.
cognoverit vine etiam ipsa pplura ex resignatione in manibus vestre P. vaccaverit ad eandem prefatum Lucam de Czechowo ex officio instituat Quo nos P. Vestra preventibus pretamus. In cujus rei testimonium etc Datum Cracovie in Vigilia Sancti Mathei Apostoli et Evangeliste Anno ut supra etc

Relatio cujus supra etc

Anno et loco diêque quibus supra. Convenit Regia Majestas Nobili Paulo Gnyewiaczski censuum annuum octo marcarum in villis suis hereditarijs Voznicza et Nowalwies in terra Cracoviensi villis pro ducentis marcis pecuniarum in Regno consuetarum, cuicunque persone Spirituali vel Seculari Regnii in vim reemptionis per eundem Paulum vel suos Successores fiende, alias Nawidercoff inscribere et obligare juxta naturam conditionis contractus singulis annis eundem censu ánuum sub arruris ecclesiasticis solvend

Litter

Littera in forma Cancellarie ecclie

Servitium Joannis Ciemierzi-
cza Tubicini.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie ecclie Significamus ecclie Quia tametsi Joannes Ciemierzicza de Chrobrowa Tubicina noster censum annuum sex decem marcarum haberet a nobis propter ejus servitia datum. Tamen quia Tubicen continue nobis fideliter inservire pro sua virili nititur et ob hoc est nobis bene commendatus sibi viginti ulnas panni Sthuczensis, et sexagena pauneiarum pro pellicia et viginti marcas pauneiarum census annui, quem olim Nobilis Joannes Boiarzin Tubicina noster nuper vita functus habuerat in theloneo nostro cracoviensi, de certa scientia et speciali gratia nostra, dedimus et contulimus damusque et conferimus praventibus, censu illo videlicet marcarum quem ipse Joannes a nobis habu-

it

it nostra dispositioni per omnia devoluto per
ipsum Joannem ad tempora vite sue tenendum
habendum utifruendum pacifice et quiete perci-
piendum. Idque si et inquetum in nostro perseve-
raverit servitio, aut si in eodem convenmerit, alias
si ad alia Regna se vel dominia contulerit extunc
voluemus sibi ipsum censum quoquomodo obligu-
tum, Quo circa tibi Generoso Nicolao Toidan de
Zaklicziu Castellano Visliciensi, et Thelonoatori
nostro Cracoviensi committimus presentibus,
mandantes aliisque pro tempore existentibus The-
loneatoribus Cracoviensibus quatenus predictas
viginti ulnas panni predicti et sexagenam pro
pollitio, et viginti marcas census memorati, an-
nis singulis videlicet pro quibuslibet temporibus
per quinque marcas eidem Joanni Cimier-
zycza dare et extradere debeas, irremoso, sine
quibuscis difficultatibus omnique renuatione
et renitentia cessanti Harum quibus Sigillum
nostrum est subappensum testimonio littera-
rum. Datum Cracovie feria Sexta ipso die
Sancti

Sancti Lamperti Anno Domini Millesimo Quin
gentesimo Duodecimo. Regni vero nostri anno
Sexto.

Alo Mfi. Christophori ecto

Limitatio Granicierum inter villam Besko et oppidum Larscheum.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam ecto Nos Sigismundus ecto Significamus ecto Quia dum essent multe dissensiones et discordie propter incertos limites inter bona nostra Regalia videlicet Villam Besko Capitaneatus Sanocensis ex una et hereditaria oppidum Larsche nobilium Jacobi Piniązek Felicis et Petri partibus ab altera, Suppplicatum fuit nobis dictorum nobilium noie ut ad collendas ejusmodi differentias et omni earum occasione designare dignaremur, Commissarios nostros ad limitandas et jaciendas granicies inter predicta bona

et

et fine debito terminandas. Quod ita ut fuit no-
bis supplicatum benigniter annuentes conces-
simus et eosdem commissarios ita ut infra
patebit designavimus, qui ad loca de quibus
erat controversia personaliter descendentes o=
mnibus melioribus modo, via, jure, et forma limi-
tes inter prefata bona fecerunt et terminaverunt,
per signa et scopulos, in ea referi consuetos, de
et super quibus omnibus litteras suas patentes
ipsi Commissarij sb sigillis suis subimpressis
ipsis Nobilibus Jacobo Felici et Petro ad Majesta-
tem nostram dederunt. Nunc igitur constituti
ad conspectum Majestatis nostre nobiles
.suprascripti supplicarunt nobis humiliter
quatenus litteras ejusmodi ad nos per com-
missarios nostros datas de quibus supra fit
mentio, commendare approbare ratificare
et confirmare ac praesenti privilegio nostro
inserere dignaremur Harum igitur littera-
rum tenor sequitur. Serenissimo Principi
et Domino Domino Sigismundo Dei gratia

Regi

Regi Poloniæ ecct Nicolaus de Camieniecz Pala-
tinus et Capitaneus Cracoviensis et Sanoca-
vis nec non exercituum Regni Poloniæ am-
piductor generalis Nicolaus Jordan de Zakli-
czin Visliciensis Clemens de Camieniecz Sa-
nocensis Castell. Martinus de Camieniecz Su.
camerarius Joannes de Pohnedna Subjudex
Georgius de Ostrow exilliser Sanocensis, ha-
miles et deditissimas servitiorum nostrorum com-
mendatas Majestati nostræ offerimus Serenissi-
me Princeps et Domine Domine Nobis grome
Postaquam ex parte Generosorum Jacobi Per-
niozek de Pitchowicza nec non Felicis Judicis
Sanocensis et Petri germanorum hæredum de
Zarsein nobis commissarijs Majestati nostræ
littera commissionis sunt præsentatæ et
exhibitæ in quibus nostra Regia Majestas
nobis injungit mandat et committit ut
nos vigore ejusdem Majestatis nostræ
commissionis limites granicierum adhi-
bitis istis quæ in tali re adhibenda vel

exequenda

exequenda sunt Inter villam Regiam Ma-
jestatis nostra Capitaneatus Sanocensis
Besko, et una, et oppidum Zarsen predictorum
Jacobi Pieniazek Felicis et Petri hereditariuim
ab altera partibus fecissemus. Nos eaiparum
Majestatis nostra litteratoriam commissionem
cum ea quae convenibat nobis reverentia su-
scepta ad executionem ejusdem commissionis
Majestati nostra effectualiter presente ibidem
predicto Magnifico domino Nicolao de Camie-
nicz Palatino Cracoviensi et Capitaneo Sano-
censi et pariter bonorum Majestatis Nostra
Besko accurate custodiend, nec non ad divisimita-
tionem commissionis ejusdem auctoritate ju-
dex utraque bona predicta quo justius re-
ctius et decentius deum et justitiam ha-
bendo pra oculis servatoque in talibus le-
gitimo processu sub modo et conditionibus
infra contentis et expressis processissemus
in premissis Serenissime Rex ante actis tem
poribus granities et limites per priores
comissarios

commissarios Majestatis nostra ad id etiam
specialiter deputatos inter alia bona ma-
jestatis nostre et pradictorum Jacobi Rinia-
zek et Anna conortis ejus et Felicis atque
Petri de Zarszen haredum facti et stabili de-
center cum scopulis et alijs signis metalibus
que apparenter videntur existunt, utpote incipien-
do inter villam Regiam Nowosvidlicze ab una,
et oppidum Zarszen et villas dictis Pnella pra-
dictorum Jacobi et Anna ejus conortis Felicis
et Petri ab altera partibus. Existerunt que illi
Commissarij inter villam Majestatis nostre
Nowosiedcze, ex una, et Villa Dlugie pradicto-
rum Jacobi Anne Felicis et petri incipien-
do a graniciebus ville Regalis Strachoczi-
na deorsum, tendens versus meridiem usque
ad villam Nowosiedzcze et a Villa Nowosiedz-
cze Regali ex alia parte ejusdem Ville
ad finem agrorum istius ville Nowosiedz-
cze pervenerunt. Qui agri contigui
sunt, campis pradialibus Joannis Pil-
wiłski

wielski et præfati Jacobi Pieniazek et Annæ
Consortis ipsius villæ Pilla inter istos agros
fecerunt granicies usque ad terminum
dictum Pilliczą deorsum tendendo versus
ortum solis. Et tunc̃ reversi versus occasum
solis, pervenerunt ad campum dictum Thy
niawi Quem quidem campum ex attestationibus
venum legitime factis pũtitis invenerunt
et cognoverunt esse et pertinere ad villam
Dlugie. Posthac procadendo ulteriũs pervene-
runt ad silvas et ad campos dictos Kdakowo
Qui sunt contigui villæ Dlugie ex una par-
te et ex alia villæ Regalis Czechowa eo ita-
que loco persistentz, reproducta sunt coram illis
jure et munimenta literaria ex quibus nec
non ex veteri passu et ex conservatz vponta-
neis villarum Regalium Nowosiedlice atque
Odrzechowa, atque ex attestationibus venum
et communitatum ipsas silvas et campos
cognoverunt et invenerunt esse veros et pro-
prios prædicti Jacobi Pieniazek et Annæ con-

sortis

sortis ipsius Zarszyn usque ad rivum dictum
Glaboki qui rivus defluit et decurrit meatu
suo ad bona prefati Jacobi Pieniazek et
Anna consortis ipsius Zarszyn Posthac a-
prefato rivo Glaboki procedentes invenerunt an-
tiquos scopulos inter villam Odrzechowa et
inter bona predictorum haeredum de Zarszyn.
Quorum scopulorum antiquorum aliquot
testes bene memores fuere, et praevertim unus
ex illis, Commissarijs Dominus Mathias Uzo-
lowski istos scopulos in vivaci memoria ha-
buit. Receptis itaque attestationibus testium
sufficientibus procederunt ad scopulum acia-
lem, qui contiguus est villa Regali Besko, et a-
gris ejusdem, ab isto scopulo pervenerunt ad
scopulos factos et erectos sub nemore, et dum
ad unum scopulum sub nemore existentem
illi commissarij venerant, volentes ulterius pro-
cedere sed praedictus Dominus Nicolaus de Ca=
mieniecz Palatinus et Capitaneus Cracovien-
sis et tanquam Capitaneus Sanocensis illis
Comissarijs

Commissarijs ulteriùs procedere et scopulos
facere prohibuit. Ex ista causa quia illi Com-
missarij molendinum vulgo Mliwivko pa-
nes bona Larszyn reliquere volebant. Quod mo-
lendinum dominus Palatinus Cracoviensis
ille affirmabat legitime pertinere ad bona re=
galia Besko, Quia prohibere Domino Palatino
Cracoviensi pradicti Commissarij nec granicies
ulteriùs, nec scopulos, nec alia signa fecerunt
Et circa istum scopulum sub nemore ulteriùs
limitum processus fieri et continuari intermis-
sus est. Nos tandem pradictae Majestatis nostra
Commissarij, vigore commissionis Majestatis nostra
nobis ut premissum est oblata, accersitis utri-
que partibus ad id interesse limitibus certo
die ad locum pradictarum granicierum et
illum scopulum sub nemore a quo ulterior
limitum processus fieri prohibitus erat, mutuo
convenimus et talem limitationem et grani-
cies inter villam Majestatis nostra Besko et
oppidum Larszen quod est pradictorum Jacobi

Piniozek

Puniazek Anne consortis ipsius, nec non Felicis et Petri hereditarium maenq approbanq atque convenciaq pradicto Magnifico Domino Nicolao de Camieniecz Palatino et Capitaneo Cracovienssi et Sanocensi fecimus Inajquiq a scopulo sub nemore exuto directe tendendo pervenimus ad fluvium Vislok et relinquenq ac incorporanq istud molendinale vulgariter Mlynisko villa Besko non tangens etiam prata Regalia Rossoye dictaque etiam ad Besko pertinentq scopulos graniciarum et alia signa metalia fecimus et ereximus et consignavimus directe procedenq et limitanq usque ad scopulum eciadem graniciarum Jaczymierzs granicies inter bona Besko ab una et bona Larszyn ex alia partibus finalem convistentiam recepernnt ac etiam specialiter addicto ac interposito. Quia pradicti Felix Petrus et Jacobus haredes de Larszyn in ripis suis obstacula facere et constinere non habent, per que aqua repennneretur et urgeretur in detrimentum Regiq obstacula tamem face-

re

re poterit in ripis suis fluvij Vistok et paludi-
bus pro alveo suo prensiones etiam piscium
Premissa omnia et singula ita ut pretextum habi-
ta, gesta, continuata, concusa, consignata et sta-
bilita Majestati nostra sane ad certam vestram
et indubiam notitiam deducimus per praesentes
litteras nostras Sigillis nostris subimpressis Ac-
tum et datum in et circa Besko feria sexta intra
octavas Assumptionis Mariae Virginis Gloriosae
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duo-
decimo. Nos igitur Sigismundus Rex supplica-
tionibus ipsorum nobilium benigniter acqui-
escentes in omnibus et per omnia quae ijdem
supscripti nostri Commissarij in limitatione
suprascriptorum bonorum fecerunt, prout in
eorum litteris proxime supscriptis continetur
et grata et firma de certa sciëntia et singula-
ri clementia nostra, commendamus, affirmamus,
approbandum et ratificandum duximus
commendamusque approbamus et confir-
mamus

manues praesentibus decernere omnia et sin-
gula praemissa praedictos commissarios no-
stros, dicta facta gesta et ordinata robur debite
perpetuaque firmitatis obtinere hac tenore
mediante. In cujus rei testimonium sigillum
nostrum praesentibus subappensum est. Ac-
tum Cracovie feria quinta proxima post fe-
stum Sancti Francisci Anno Domini Mille-
simo Quingentesimo Duodecimo Regni
vero nostri Sexto. Praesentibus ecto Datum
per manus ejusdem Magnifici Christophori
de Szydłowiecz Sce Cancellarij Regni Polo-
nie.

Decretum pro suburbanis Ta-
slensibus contra Advocatum Ta-
slensem pro laboribus.

Sigismundus ecto Significamus ecto Quod
Dum multiplicibus querimonijs et subditis
nostris suburbanis Taslensibus de suburbio
Coczarzow et Goraiomicze quod per Advo-
catos

catos Tavlenses ad labores et onera inconsue-
ta compellerentur unde nos volentes de ea re
certiores fieri, et quemlibet circa justitiam vu=
am relinquere Advocatus tam ipsos Advoca-
tos quam Suburbanos Tavlenses ubi exauditis
utriusque partibus propositionibus et responsis
cognitaque rei positione decernimus praventibus.
Quod ipsi Suburbani utriusque Tavlenz non teneantur ad labores et onera inconsueta advocatis facienz. Nec illos Advocati sive Advocatus Tavlenz ad ejusmodi labores compellere decetero non debebit tenore praventium mediante. Harum quibus Sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria sexta proxima post festum Sancti Francisci. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Duodecimo Regni vero nostri Sexto.

Dlo Mſici Stroſori de Schydłowicz Castlli
Sand et R. P. Vice Cancellarij tue Strad
Sochaczovienz Gostinenz Capitanei.

Confirmatio Privilegij super Advocaticam in Gnoimcza.....

Jr

In nomine Domini Amen ecclo Nos Sigismun-
dus Dei gratia ecclo Manifestum facimus. Quod
constitutus coram nobis Nobilis Stanislaus
de Gramau advocatus in Gnoimcza fidelis no-
ster dilectus. Exhibuitque privilegium infra=
scriptum suis predecessoribus super dictam A-
dvocatiam in Gnoimcza concessum, supplicans
nobis humiliter per multorum consiliariorum
nostrorum diligentem intercessionem. Quate-
nus privilegium ipsum propter suam vetusta-
tem innovare confirmare et approbare digna-
remur. Cujus tenor sequitur. In nomine Domini
Amen. Ad rei memoriam vempiternam. Wla-
dislaus Dei gratia Rex Poloniæ ecclo Signi-
ficamus ecclo Quomodo pro parte Venceslai
de Ropczicze Majestati nostre continebato-
blata petitio quatenus eidem Venceslao litteras
strenui militis Cristini de Burrau Castellani no-
stri Sandomiriensis fidelis nostri dilecti suo-
vero sigillo pendenti sigillatas, quavis fal-
sitate suspicione prorsus carentes, ratificare
confirmare et approbare velimus. Quarum

quidem

Quidem litterarum tenor per omnia verbale
continuo in hac verba sequitur. In nomine
Domini Amen ecto. Nos Cristinus de Crrow Ca-
stellanus Sandomiriensis ad notitiam univer-
sorum tam praesentium quam futurorum vo-
lumus devenire. Quod cupiens Castellaniam
nostram ad profectum ampliare per extirpa-
tiones nemorum ac silvarum majoribus uti-
litatibus et profectibus reformare provido Vene-
slao alias Civi Ropsiens ejusque haredibus et Suc-
cessoribus legitimis vultetiam in villa nostra
Gnoimcza pro quadraginta marcis medietatem
in grossis Pragensibus et aliam medietatem in
minuta pecunia communiter in Regno Polonia
decurrenti vendidimus de novo in jure theuto-
nico locandam cum omnibus silvis nemo-
ribus, meritis agris cultis, ac aliis pertinentijs
prout eadem villa Gnoimcza longe lateque
ab antiquo ab aliis villis circumadiacentibus
nlzt Cithcowicze, Sorek, Sandivchow, Gora, Za=
gorczicza, Vielopole, et oppido Ropczicza in va-
sis metis granicijs et gadibus circumferencia-

liter

liter est distincta. In qua quidem villa Gnoim-
cza mansos quos poterit francorum
mensurabit, addens prefato Wenceslao suisque
haeredibus et successoribus legitimis, duos mansos
liberos, unum in silvis non extirpatis, et alium
in agris cultis pratum quod domadrach vulga-
riter dicitur cum agris sibi adjacentibus et
qui erant prius per ipsum Wenceslaum extir-
pati, cum molificijs sub uno certo signo, unum
lanceum pro pascuis, quae Scothnicza appel-
latur, unum molendinum, tabernam, et pivi-
nam, quotquot ibi facere poterit, quatuor hor-
tos pro sutore, sartore, fabro, et pistore, unum
macellum lanificum cum tertio denario de
omni re judicata. Indulgens vulteto memo-
rato villae et ejus haeredibus legitimis ligna
fructibilia et combustibilia in silvis infra me-
tas ejusdem villae ubi agri fieri non poterint
libere excidere pro ipsorum duntaxat utili-
tate et non vendere. Quamquidem villam ad
nos et ad nostros successores volumus per-
tinere. Praeterea eisdem Cmetonibus de Gno-

imcza

imcza ac alijs incolis villarum aliarum in-
terest Poyczani et Vithcowicze mellifitia fa-
ciendi in silvis et borris versus Sandomiriam
protensis ad Castellaniam nostram Sandomi-
riensem spectanz plenam tenore praesentium
concedimus facultatem, sub certis signis cme-
tonum predictorum, Ita tamen quod in eis sil-
vis et borris mellifitia obtinem, et quolibet signo
nobis et nostris Successoribus unum quartale mel-
lis annis singulis solvere tenebuntur, nec aliquis
de predictis cmetonibus agros proprios emptos
vendere sine mellificijs supradictis etiam sena-
ri nostro vulteto ibidem licite debebit, pro ec-
clesia vero ac ejus Rectore qui pro tempore fue-
rit ibidem unum mansum liberum, dare et
concedere memorato Wenceslao suisque legitti-
mis successoribus omnimodam potestatem
eandem vultetiam cum ejus pertinentijs
superius expressis jure hereditario tenere habend
utifruend rendere donand alienand et perpetuo
possidend ac in usus suos beneplacitos et vo-
luntarios convertend prout sibi et suis
legitimis

legitimis successoribus meliùs utiliùs et con-
venientius videbitur expedire. Ut antea vil-
la nostra Gnoimcza in locatione eo facilius susci-
piat incrementum omnibus et singulis incolis
villam pradictam inhabitanz in agris cultis tri-
um annorum in silvis viginti annorum a di
Data praesentium concedimus omnimodam
libertatem absolvenz eos ab omnibus servitus
nostris, solutionibus contributionibus et servitijs
quibuscunque nominibus vocitantz. Qua libertate
expirata emetores ejusdem villae Gnoimcza de quo-
libet manso singulis annis nobis et nostris Succesfo-
ribus unam marcam in censu ratione honorario-
rum, duos pullos, duos caseos 12. ova tum una men-
sura avena solvere tenebuntur. De quibus omni-
bus scultetu pradicto tm sextus d de toto censu pa-
rochiario cadere debebit censualz relictis omnibus pro
nobis et nostris Successoribus plenariè reservamus,
in tribus vero judicijs generalibus ibidem celebranz
scultetus unà et emetores duo prandia ministrda
vel pro quoque prandio unum fortova nobis et no-
stris successoribus solvere tenebuntur. Caterum

volumz

volumes quod cmetones et incole prefate ville
non coram alia nisi coram prefato scultheto qui
pro tempore fuerit in omnibus causis tam ma-
gnis quam parvis quibuscunque nominibus vo-
citentur de to querulantibus respondebunt. Scultе-
tus vero coram nobis dū per litteras nostras cita-
tus fuerit pro causis magnis vel parvis alicui
respondere ad obiecta sit astrictus. Scultetus vero
predicte ville nobis et nostris successoribus ad
quamlibet expeditionem generalem seu conven cum
uno sagittario bn equitanti tenebit famulari.
In cujus rei cth Datum Cracovie feria tertia post
Dominicam reminiscere Anno Domini Millesimo
Trecentesimo Nonagesimo quarto presentibus nobi-
libus V Dominis Nawoygro de Lucawa Tribuno
Cracovienvi Janussio de Buterzyn Succamerario et
Magistro coquine Regine Polonie Sassino de Kije
Czadrone de Kosnie czow Janussio de Bedzow et
Ziegota de Lucawa et alijs quam pluribus
fidedignis. Nos itaque supradictas litteras ratas
habentes et gratas ipsas in omnibus suis pun-
ctis, conditionibus, clausulis articulis et sententijs
approbamus

approbamus confirmamus ratificamus etinno-
vamus decernentes ipsas in omnibus eisdem vu-
is punctis, articulis conditionibus clausulis et
sententijs robur obtinere perpetue firmitatis con-
stituentes prefatum Wenceslaum suos haredes et succes-
sores legitimos memorate scultetie in Gnoinicza
veros et legitimos haredes et dominos ac perpe-
tuos possessores in quorum omnium testimoni-
um et evidentiam clariorem presentes litte-
ras nostras scribi fecimus quas nostri pendenz
sigilli munimine jussimus roborari Datum Cracu-
vie in cravtino beate scolastice Virginis Anno
Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Septi-
mo presentibus Johanne de Tarnow Palatino Ci-
stino de Bytrow Castellano Sandomirienz Gnie-
wossio Succamerario Cracz Demetrito Marsalco
Regni Polonie Iwano de Cleczcze et Sevkone de Ble-
nicze et alijs multis nostris fidelibus fide dignis.
Datum per manus Reverendi in Christo Patris Do-
mini Nicolai Episcopi Poznanienvis nobis sincere di-
lecti, Nos igitur Sigismundus Rex consideranteu
per inserturn privilegium non suspectum

non

non viciatum sed justum nivi veritate in certis
suis partibus facillime convumendum illud ad
diligentem interpsionem consiliariorum nostro-
rum de nostra certa scientia et gratia in omni-
bus ejus punctis clausulis articulis conditionibus
totoque tenore innovare approbare et confir-
mare duximus Confirmamusque approba-
mus innovamus et ratificamus decernentes
illud robur debitae perpetuaeque firmitatis obti-
nere praeventibus Incujus rei cclo Actum Ca-
covie die Dominico proximo post festum Sancti
Francisci Anno Domini Millesimo Quingentesi-
mo Duodecimo Regni vero nostri Sexto. Praesentibus
ibidem ut supra. Datum per Magnifici Christo-
phori Manus Regni Poloniae Vice Cancellarij

Illo Mā Chriſtofori d Schydlowiecz
Castellani Sandomiriensis Vicad
Sochaczoviensis Gostinen Capit et R.P.

Vice Cancellarij

Majestas Regia Domino Ostrorog
Castellano Calisciensi addidit

Theodoricum

Theoloneum in Dzialoschicze.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei me-
moriam ceto Nos Sigismundus Dei gratia Rex
Polonie Magnus Dux Lithoanie Nec non terrarum
Cracovie ceto Significamus tenore presentium qui-
bus expedit universis presentibus et futuris ha-
rum notitiam habituris. Quia tametsi Magnifi-
cus Stanislaus de Ostrorog Castellanus Calissiensis
nobis sincere dilectus Theoloneum in fluvio Dzier-
zazna in et circa bona sua hereditaria Dzialo-
schicze in terra Cracoviensi sito ab olim Casimiro
predecessore nostro Polonie Rege a quolibet curra
per duos denarios concessum habuerit, et hactenus
in peraptione integra et effectuali Theolonei
predicti extitit Quia tamen edocti Summis a
consiliarijs nostris ipsum Stanislaum Ostrorog
magnam impensam et operam in eo loco et re-
et reparatione aggeris et via insumpsisse quo-
tidieque insumere, ut de proficiscentibus quo-
rum magna frequentia illo itinere Crac versus
perhibetur ire (beneimereri possit) et ob hoc quae-
ritur

ritur si nostra uberiore gratia auctioneque isti-
us Theloneï ornatus non erit quam casti labori
et impense satisfacere non poterit. Supplicat igitur
nostre Majestati humiliter ut tum propter sua ser-
vitia tum qz in reparatione et restauratione vie
predicte non deficiat sibi Theloneum antiquum au-
gere dignaremur. Nos itaque ipsius supplicatio-
nibus permoti acquiescentesque interessionibus
nostrorum consiliariorum pro ipso ad nos factis
Predicto Stanislao Ostrorog et sue legitime poste-
ritati ratione hujusmodi laborum et impensarum
et reparationis eis in dicto fluvio Dzierzazna The-
oloneum denuo per hoc praveris privilegium no-
strum videlicet a quolibet curru vectorum alias
furmariski per unum qz ab equo vero per quinque
obolos munitos polonicales instituendum dandum
et assignandum de certa sciencia et speciali beni-
gnitate nostra ac eorundem consiliariorum nostro-
